ΓΥΝΑΙΚΟΛΟΥΣΙΣ

SEV

MVLIERVM

LAVATIO, QVAM PVR-
GATIONEM PER AQVAM
FRIGIDAM *VOCANT*, *ITEM*
vulgaris de potentia Lamiarum opinio, quòd
vtraq; DEO, Naturæ omni iuri
& probatæ consuetudini sit
contraria.

Candida breuis & dilucida
oratio.

Autore
CONRADO AB ANTEN
I. V. L.



LVBECÆ

In Officina Typographica
Asſweri Crögeri

M. D. XC.

ΓΥΝΑΙΚΟΛΟΥΣΙΣ
SEV
MVLIERVM
LAVATIO, QVAM PVR-
GATIONEM PER AQVAM
*F*RIGIDAM *V*OCANT, *I*TEM
vulgaris de potentia Lamiarum opinio, quòd vtraq; DEO, Naturæ omni iuri & probatæ consuetudini sit contraria.

Candida breuis & dilucida oratio.

Autore
CONRADO AB ANTEN
I. V. L.



LVBECÆ
In Officina Typographica
Asſweri Crögeri

M. D. XC.

REVEREN-
DISSIMO ET ILLV-
STRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO IOHANNI ADOLPHO *Archiepiscopo Bremensi, Episcopo* LVBICENSI, *Hæredi Noruuegiæ, Schleisuigiæ, Holsatiæ, Stormariæ, & Dithmarsiæ Duci, in Oldenburg & Delmenhorst Comiti, &c. Domino meo clementissimo.*



SI PERSARVM *Reges Cyrus turbidam & Artaxerxes è manu rustici frigidam aquam, non ob precium, sed tempestiuam rei oblationem summo desiderio acceptauerunt, Reuerendissime & Illustrissime Princeps, certa spe foueor Reuerendissimam & Illustrissimam Cels. T. hoc meum munusculum non esse dedignaturam,*

non quòd tàm ſui nobilitate commendetur, quàm quòd iam commodùm quaſi in theatro ſpectandum exponat, quomodo in hac poſtrema temporum fece etiam nonulli, qui ad clauos Rerumpublicarum ſedent, effaſcinentur, excæcentur & ſeducantur: atq; vt omnes, quos ſupremus ille iudex Deus ad conſeruationem mundanæ harmoniæ ſubdelegauit, olimq; ad commiſſi gregis calculum in tremendo τῆς δικαιοκρισίας tribunali reuocabit, videre habeant, ne ſcripti Iuris relictis Scipionibus in lubrica iſta, ab ethnicis carnificibus, ſortilegis, diuinatoribus, & lictoribus, ex humano ſanguine & ærumna viuentibus, excogitata & trita ſemita ſupplantentur. Quamuis autem non defore ſciam, qui hoc inſtitutum meum Nemeſi, vel affectioni potius quàm candori ſint aſſcripturi: id tamen Veritatem

tem ipsam testari non cunctor, me ingenuè solùm hoc astruere, quod ex lectionibus, meditationibus, & collationibus ferè triennalibus, in quas insperatum & immeritum me Diaboli inuidia intruserat, & ex quibus nunc Dei clementia quasi postliminio reduxit, obseruaui, & indubitatè conclusi. Reuerendissimam & Illustrissimam Cels. T. humilimè & obnixè rogo, vt dextrè profectum dextrè suscipiat. Quam Diuinæ tutelæ fœliciter & diuturnè gubernandam seriò commendo. Lubecæ ipso Margaretæ, Anno 1590.

Reuerendissimæ & Illustrissimæ Celsitudinis T.

Humilimus cliens,

Conradus ab Anten
I. V. L.

DE AVTORIS SCRIBENDI ET VETERVM PVRGANDI CAVSA.

CAP. I.



VOD quidam Theologorum, Patriarchæ Iacob coniugem Rachaëlem ex Mesopotamia, patris Laban Idola non auaritiæ, sed pristinæ religionis zelo, secum tulisse suspicati fuerint, non sine prægnantibus est rationibus. Quantæ namq; molis sit, prauitatem, & ψευδεῖς δόξας, αἵτινας τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς προκαταλαμβάνουσαι οὐ κωφοὺς μόνον, ἀλλὰ καὶ τυφλοὺς ἀπεργάζονται, vt Galenus scripsit, quas rudes animi semel imbiberunt, eradere, sexcenta & luctuosa passim extant testimonia. Quod Cacoëthes, vt in primis Ecclesiæ Dei cunabulis insanabile, sic æuo hoc nõ nostro perdurare & ingrauescere perpetuis deflendum est lachrimis. Eius fecis licet perplurimæ sint, minimum tamen non est, quod de Lamiarum, per aquam frigidam purgatione, quædam Romani Imperij Ciuitates Germanæ, quæq; excussis antiquitatum tenebris, in clarissima Euangelij luce triumphant, ex gentilismo, vel reseruauerunt, vel ex situ, quasi postliminio vindicauerunt,

runt,

runt, & in vſum feruentiſſimum reduxerunt. Alterum nec minoris impietatis reum, quod de Lamiarum incredibili potentia & arte, in vulgus diſſeminatum eſt falſiſſimè.

Quamuis autem in hac Palæſtra, me præceſſerint in Theologia, Medicina & Philoſophia doctiſſimi, iuxta Clariſſimi, qui exæſtuantem hanc Diaboli, carnificum, & inquiſiorum quorundam audaciam, libellis aliquot reprimere ſtuduerint: cum tamen abſurdum non ſit, δὶς καὶ τρὶς τὸ καλόν, Vt Plato lib. 6. τῶν νομ. iuſtam me reprehenſionem deuitaturum ſperem, ſi de re vtraq; non affectionis, vel affectationis ſed gloriæ diuinæ & Reipub. ſtudio, pauca, noua, neceſſaria & veriſſima, cum contrariorum refutationibus perſtringam.

Vt autem de vniuerſis purgationum Æthnicarum generibus incipiam: Nulla vnquàm tàm barbara Ciuitas, tàm Cyclopica Reſpubl. tàm rationis lumine priuata communitas perſtitit, quæ conuictum, aut corpus ſuum duobus ex neruis, pœna, nimirum & præmio, compactum, iuſtosq; defendi, ac ſceleratos legitimè puniri, tùm Dijs tùm communi bono gratum eſſe, non animaduerterit, Vt ex Solone Cic. ad Att. & lib. 1. Off. repetiuit, ſed lapides Lidij, quibus

delicta, quæ detectu sapè difficilia sunt, manifestarentur, ante legum nostrarum architecturam, & in earum primordijs, inuenti adhuc non fuerunt. Ea tamen, ne impunitate elaberentur, atq; innocentium interim parceretur famæ, bonis, & sanguini, effictis à se modis & medijs, crimina, DEOS udituros esse, superstitiosa sperauit, & credidit antiquitas: ideoq; varios excogitauit ritus, quos purgationes vocarunt, vt per eas quiuis, qui de furto, adulterio, cæde, vel de vllo alio esset insimulatus crimine seu iniustitia, omnium in ore, innocentiam suam testatam redderet.

Non autem id perfunctorio vel scenico, cachinnantium, debacchantiumuè more peragebatur, sed arduis ex causis, & interuentu sacerdotis, qui priusquam periculum faceret, DEOS certis conceptisq; verbis obtestabatur, & cum populo adorabat, vt innocentes seruaret, nocentes malè perderet. Quarum precum formam etiam ad posteros Helmodius transmisit. Vt Cuiac. scripsit.

DE VARIIS PVRGATIONVM GENERIBVS.

CAP. II.

Cæte-



ÆTERVM *primus veterum purgandi modus fuit, μονομαχία, seu duellum: cum nimirum Actor & Reus paribus armis contenderent, & si de re Ciuili quæstio esset, prior succumbens; si de criminali, prior occisus, nocens iudicaretur. c. 1. de purg. vul. L. vn.* C. *de gladiat. lib.* XI. *§ si rusticus ibi gloss. & Bald. de pace ten. in vsib. feud. Landr. lib. 1. Art. 39.*

Et licet hæc purgatio de iure Ciuili *concessa fuerit, multa tamen ad eam requirebantur: Quod nempè Actor sua indicia contra Reum probasset: cùm tortura (cui purgatio æquiparatur, vt Bald. d. t. de pac. ten. § 1. n. 27.) non, sine legitimis & probatis indicijs infligatur. Deinde quod nullatenus, ratione alia suam innocentiam probare posset. III. Quod Actor viam iudiciorum non elegisset. Porc. Inst. de hæredib. quæ ab intes. n. 9. videndi Dd. c. olim de restit. spol. Ang. in disput. incip. Duo nobiles, &c.*

Audacior & insulsior secundus fuit purgandi vsus, quòd nimirum de aliquo delicto diffamatus, si à nouem ignitis vomeribus, per ordinem portatis, aut à candente & diuino, vt Bald. d. t. § si rusticus ait, ferro, quod nuda ma-

nus pedisuè vola presserat, non læderetur, absoluebatur, læsus damnabatur, c. Mennam c. consuluisti. 2. q. 5. c. ex tuarum de purgat. c. fin. de purg. vulg.

Eiusdem fecis mos tertius fuit, quando Reus dextram aquæ feruenti immitteret, eamq; illæsam retrahendo insontem se argueret. DD. dd. locis Landr. lib. 3. art. 21. in glossa, Lehenr in gloss. art 40.

Quarta purgandi consuetudine, Reus aquæ frigidæ imponebatur, qui si supernataret, obiecti criminis insons: si mergeretur, conuictus habebatur.

Ex qua superstitionis origine eò prorupisse audaciæ Celtas retulit Irenicus lib. 1. exeges. germ, Vt adulterij paterni crimen, Rheno impositus infans, detegere crederetur: (ex suis enim fonticulis vt fluuium deriuet, quis Sathanam satagere nescit?) Præter hos generales purgandi ritus, & alij speciales erant, vt, vbi adulterij sugillatus hianti bouis ænei fauci dextram inséreret, solennibus additis deprecationibus, vt, si mœchus, inserta manus amputatione detegeretur. Sic Tucia vestalis incæsti criminis suspicionem, cribro, ex Tyberi aquam hauriendo, & in ædem Vestæ portando, diluit. Val. Max. lib. 8. c. 1.

Alia

Alia ingentem nauim, quæ magnæ matris Idæ statuam aduexerat, & nulla remorum, ventorum fluminis, aut contorum vi, loco moueri poterat, filo serico sibi sequacem fecit.

Alia demum vel purgationis vel incantationis species fuit, quando Achamenidis radices in pastillos digestas, interdiu fontibus, cum vino propinarentur. Sic enim de nocte per cruciatus confessos memorant. Pristinam hanc φαρμακείαν redolet, quod Sprengerus, Inquisitor Monachus contra Lamias, (vt ait) se vsum gloriatur, quando aqua, sale, vel cera benedictis, aut imagine crucifixi, ex cera, longitudine ream, fœminam æquante, eiq; imposita, crimen explorauit in Mall. part. 3. q. 15. &c. Huc spectant omnia incantationum genera, quæ conceptorum verborum recitatione vel susurris, imò vel mentione diuini nominis, characterum inscriptione, incisione vel gestione, rerum naturas intendi, minui, mutariuè, astra cœlo detrahi, procellas, grandines, terræ motus excitari, noua corpora creari, aliaq; stupenda effici, tradiderunt. Quibus nihil aliud venatus est Diabolus, quàm diuinæ potentiæ, in creaturis suis eleuationem, & contemptum, ne nos in tantam eius admirationem, quòd solo verbo cœlum, terramq; creauit, creatis suas quibusq; vires indidit, conseruat

seruat

seruat & moderatur, rapiamur, quando suis, & tam leuibus adminiculis, similia quoq; fieri videntur? Seu, vt Sathan plura ψευδοδιδασκάλια vel oracula patefaciendo, frequentiorem idololatriam disseminaret; aut demum, vt innoxios hoc pacto in honoris, vitæ & fortunarum pertrahat exitium. Eò, quoq; referantur cætera οἰωνοσκοπίας, ἱεροσκοπίας μαγείας, καὶ τῶν κλήρων *genera, quæ hominum curiositas, & numina tentandi libido, à Cacodæmone imbibit, qua de re doctè & fusè Peuc. de diuinat. gener. & alij. Quartæ purgationis speciei non absimilis est, cùm iuraturi, ea quæ iureiurando affirmare vellent tabulis inscripta, in fontem Paliscorum in Sicilia, vt refert Aristot. inijcerent, quæ si vera continebant, supernatabant, si falsa, mergebantur, & flamma exiliens periurum exurebat. Addatur & hoc, de Palicis crateribus qui ad Palicen, Siciliæ vrbem non arte, sed natura facti, fuisse scribuntur, de quibus statis temporibus, scintillantes flammæ exiluerunt, vel aqua erupit, quæ insolitum ferbuit, per hos periuria explorari vsitatum fuit, tanta fide, vt præsentes pœnas, in periuros à Dijs irruere non dubitauerint, alijs vitam, alijs visum amittentibus.*

OMNES

OMNES PVRGATIONES VVLGARES, CONTRA DEVM, NATVRAM, ET Legem, ideoq; prohibitas esse.

CAP. III.



Is itaq; modis in prima legum scriptarum penuria suggerente, & cooperante Diabolo, iniurias inquirere causata fuit antiquitas, nec quidem ethnici solùm, sed & in primis Ecclesiæ rudimentis eos permiserunt & vsurparunt perplurimi Christianorum principes. Excussis verò pedetentim paganicorum errorum reliquijs, in dies plus coruscantibus Euangelij radijs, hæ purgationes tentationesuè, vti diuinæ voluntati contrariæ, à Iure Canonico, Ciuili, & Saxonico prohibitæ sunt grauissimè. Quod DEO diuinisq; literis aduersentur, vel ex eo patet, quod ab omni superstitione abstinendum esse, sub censura seuerissima moneant. Superstitio verò est omnis obseruatio cuius effectus aliter, quam per rationem naturalem aut per diuinum miraculũ, vel voluntatem expectatur, Vt determinant Parisiens. Art. 3. latiusq; prosequitur Arlesius in libello de Superstit. cap. 2.

Quod

Quod porrò effectus hi ex natura non sequantur, sed ignem vrere, grauia deorsum vergere, vel Terebinthus intelligat; Ex diuino miraculo, seu voluntate sequi, quis dixerit? Cum in manifestam DEI tentationem vergant. c. monomachiam 2. q. 4. quæ ab ipso DEI filio interdicta, legitur Matth. & Lucæ 4. c fin. de purg. vulg. dum quis habeat, quod rationabili consilio faciat, vt D. Augustinus c. quæritur, 22. q. 2. & fabricante Diabolo, nata sit purgatio c. mennam. 2. q. 4 seu vt quidam, q. 5. Hæc autem, cum simplicissimæ quondam vetustati incognita, sed versutissimo omnium malitiarum, conciliabulo & homicidæ perpetuo notissima essent, hæ purgandi & inquirendi consuetudines vtriq; plausibiles, sacrosanctæ, & planè cœlestes fuerunt, ita vt per eas, infinitis hominum innocentissimorum victimis, isti, qui eas dictârat, magistro, sacrificatum sit sæpissimè. Si etenim id DEI institutio, Doctrina, seu instinctus fuisset, innocentium is, quippe, qui ad eum accedunt proximè, patronum egisse, credibile est; Sed cum ex Sathanæ Schola profluxerit, quis eum malis, vt sui similibus, fauisse potius, sine rubore pernegauerit? nam sicut etiam ethnici sua quæq; numina, ijs propicia reddi putauerunt, à quibus colebantur; ita nos Christiani, DEUM bonorum adamantem, malorum aduersantem esse nouimus.

mus. Neq́; mouet, quod iustus ille iudex DEVS *ex secretissima sua* δικαιοκρισίᾳ, *eos interdum quos amore maximo prosequitur dolore maximo persequatur: cum id in beatitudinis perpetuæ redundet augmentum, benè namq́; odisse, sæpè amare est; & benè amare, odisse, vt Isocrates ait. Ea propter qui se intra metas* DEI *mandatorum continuerit, scrupulosa suæ fortunæ curiositate, illum, sine cuius voluntate, nec vel capillus decidit, irritare cauerit; quodq́; in bonum sibi cooperentur omnia, pro indubitato & certo habuerit. Velis (vt aiunt) versis, qui in Sathanæ inuentis & dogmatibus se exercuerit, pro mendacissimi mendacis, mendacio & impostura verissimum æterni gaudij reportet dispendium, atq́; hanc quasi Sybillinam sibi constituat Maximam; Doctorem seu Pædagogum suum pro vno, vti apparebat, bono & vero, mille fallacias & mala machinari. Siquidem & in hoc à* DEO *discrepat, quod hic, si suis gratificetur, in finem bonum; ille, si suos titillet, in peiorem perpetuo tendat exitium.*

Quæ si penitius quis rimetur, non admirabitur, si Dominus DEVS *in huiusmodi institutis & exercitijs, quæ à se aliena & prohibita, sed à Diabolo exhibita & demonstrata sunt, conniueat, vt ab eo, cui crediderunt, ludantur, ridean-*

deantur, & non secus naso, vt auriculis asini, ducantur & suspendantur: Volenti & consentienti iniuriam fieri leges negant L. cùm donationis C. de trans.

Hinc est, quod amphibologicis & falsis oraculis Diabolum regna & vrbes euertere, DEVS siuerit, cùm Prisco illo sæculo anxiæ gentes, vix quicquàm memorabile auspicari, nisi prius per augures, aruspices, extispices, aliosq; diuinatores, tentato numine, ausi fuerint. Nec id in publicis tantùm, sed in priuatis & domesticis quoq; negotijs.

Quam hominum credulitatem amentiam & audaciam cum DEO ter odibilem esse Sathan cerneret, maiori eam semper propagandi exarsit cupidine, vt non immeritum Tentatoris nomen, κατ᾽ ἐξοχὴν à Sacræ Scripturæ Doctoribus acceperit, eoq; is progressus sit audaciæ, vt, vbi Saluatorem nostrum CHRISTVM tantis pollere miraculis, quæ neq; à natura neq; Stygia opera, se ab ipso naturæ Domino DEO proficisci animaduerteret, eumq; propterea non vulgarem DEI amicum conijceret, ad tantæ necessitudinis dissolutionem, vnico hoc & solo tentationis vsus est cuneo: Vt nimirum CHRISTVS panem è saxo faceret. Certum fore ratus, illum hac tragula, quam innumerabilibus, virtute, doctrina, genere,

generetæ, & potentia præcellentibus iniecerat, deceptum ac illaqueatum iri.

Porrò Diabolus hoc tam præsens omnium supernorum donorum virus, sui hæc credulitas, ne quâ patiatur naufragium, nunc rei euidentia, vt, cum Accius augur, nouacula cotem discinderet. Liu. lib. 1. Dec. 1. Val. Max. lib. 1. c. 1. nunc pœnis inhibuit grauissimis. Sed quis ijs commiserebitur? nam quem quis Doctorem elegerit, eius ferulam patiatur necesse habet.

Viso iam, purgationes veterum ex eo, quòd DEVS *tentetur, abrogatas esse, parui insuper faciendum, nec id est, quod nocentem absoluere, & innocentem condemnare paria sint, L. pe ff. ad leg. Iul. repet. L. 1 L. 3 § item qui L. lege* Cornelia *in princ.* C. *de Sicarijs.* DEOq́; *non minus grata sit bonorum defensio, quàm malorum supplicium: c. omnis qui. 7. q. 1. imò de iniusta misericordia, quàm de iusta crudelitate, rationem reddere satius sit, c. alligant. 26. q. 7.*

In hac verò Dæmonis officina, cùm non rarò acciderit, quod innocentes ita probati succumberent, & damnarentur, vt ait Innocent. c. significantibus de purg. vulg. imò innocentes, quibus Sathan infestissimus est, Tex. c. nulli 3. q. 1. sæpius, quàm impij, facinorosi opprimerentur; in iustam desuetudinem, ethnicæ hæ probationes

tiones abierunt. Cuius rei testimonia & exempla passim occurrunt: per aquam cribro portatam, insontem incæstûs suam Tuciam existimat Valerius, nocentem tamen Plinius, eamq́ incantationis, seu, vt rectiùs dicatur, Diaboli colludentis ope id fecisse asserit, tit. de Diuinat. post prin. Peucerus. Magam quandam indubitatam, vt candens ferrum per tres passus manu nuda portaret condemnatam, per sex tulisse, & an per plures portaret, rogasse, refert Spreng. in malleo. part. 3. quæst. 17. in fin. &c.

Idem in domesticis exemplis Phasma dæmon vsurpat, cùm κοσκινομαντέια fures inquiruntur. Quæ enim ex hac, tum inquirenti tum respondenti, & delato, exorta sint interdum pericula, exoticis & vicinis exemplis edocemur. Non minori fœnore ἀλεκτρυομαντέιαν tradidit, quando nimirum alphabeti literis, per ordinem pulueri inscriptis, bina tritici grana imponebantur, & ijs gallinaceus, certis adiurationibus, immittebatur, vt literæ ab eo depastæ, rem petitam significarent. Quod tentamentum cum Iamblichus instituisset, vt imperatoris Valentis successorem diuinaret, & gallinaceus ex literis θ. ε. ο. δ. grana legisset, quæ de Theodoro, Theodosio, Theodocle, & alijs accipi possent, omnes hi ab Impe-

Imperatore, insidiarum metu trucidati fuerunt. Vates mortem hausto veneno prauerterunt. Has similesq; vsuras, quin suis creditoritit. Has similesq; vsuras, quin suis creditoribus, vltro sine quouis pacto, etiam inuitis, Diabolus præstet, quis dubitet? cum ipse DEVS eum mendacem & ab initio homicidam vocauerit? Ioan. 8. &c.

Quod porrò hæ purgationes à Ciuili iure interdictæ non legantur, sunt qui asserant, ex § si rusticus de pace. ten. in vsib. feud. Cum tamen Imperatoria maiestas suas leges inuiolabiliter seruari præcipiat, quatenus canonum iuri non aduersentur, adeoq; semetipsam ei subiciat, Auth. de ecclesiast. tit. in princ. nec non, quoties de peccati fuga agitur, Iuri Canonico standum esse, communis sit opinio, gloss. DD. § hactenus, verb. generata Instit. de grad. cog. &c. Ecclesiasticæ prohibitioni imperatoriam parere consequens erit. Quamobrem dictam purgationem duelli, aperta L. 1. C. de gladiat. lib. 11. abrogatam, glossa, & dd. censuerunt. Cui etiam fundamento nisi sunt Saxones, qui omnes istas maiestatis diuinæ tentationes, clarescente Dei verbo, deuouerunt, Landr. lib. 1. Art. 63. in gloss. germ. graphicè in Art. 21. lib. 3. ibi gloss. in verb. Mit einem Wasserurtheil / Weichb. art. 35. & 41. Lehen. Art. 40. ibi gloss. &c.

Iuris verò Pontificij prohibitio non solum stricta est, c. 1 & toto tit. de purg. vulg. c. ex tuarum de purg. canon. c. Mennam. c. consuluisti. c. monomachiam 2. q 5. quidam, 4. Verum etiam sub censuræ ecclesiasticæ comminatione præfixa, Tex. c. fin. de purgat. vulg.

ΓΥΝΑΙΚΟΛΟΥΣΙΝ VETERVM PVRGATIONVM SIMIAM, CONTRA ius diuinum esse.

CAP. IIII.

EX præmissis itaq; meridiana luce clarius resultat, quam longè gentium, à diuinæ Voluntatis, Rationis naturalis, Sacrosanctæ iustitiæ, & legitimæ consuetudinis aberret tramite, Plutonicâ istâ ὑγροδμαντεία delatas veneficij fœmininas damnare (quis enim purgare dixerit, cum nulla sic lota flammas euitauerit?)

Quanta sit religio DEVM, sine præcepto tentare, dum quis habeat, quod rationabiliter agat, repetita probatione non indiget; ex superioribus nempe patet, quam grauiter omnes Ecclesiæ nostræ præsides, adeoq; caput ipsum DEI filius,

filius, isti ipsi tentationum ἀρχιδιδασκάλῳ & patri Diabolo id inhibuerint. His accedit quod commenta omnia ad indagationem diuinæ voluntatis, ex signis à Diabolo præfixis, aut sine mandato priuata authoritate confictis, abducentia, primo Decalogi præcepto vetentur: *Non habebis Deos alienos coram me.*

Quæ ratio si efficiat, quod omnia extispicia auguria, sacrificia, cæteraq; ignis, fumi, aquæ, aliarumq; rerum ἱεροσκοπίαι sint βδελύγματα τῷ Θεῷ, quis Christiani nominis erit, qui, (nisi Sathanæ inuentis & dogmatibus assentari malit) dictæ istæ hydromantiæ, siue diuini iudicij explorationi, quòd nempe Lamias, super aquas sustinendo, prodat, assentiri possit, ausitne? Vtrobiq; naturalis deficit ratio. Vtrobiq; id faciendi, præceptum deest. Vtrobiq; DEI velle & nolle iniussi tentamus. Rationis itaq; identitas idem ius generabit.

Præterea cum solus DEVS, Naturæ Dominus in prima creatione singulis rebus creatis, suas certas vires, & certos agendi modos ad finem à se destinatum, indiderit, conseruet, adiuuet, intendat, remittat & prohibeat, vti vult; eas, alium in finem, quàm quô ordinatæ sunt, dirigere, blasphemia & μαντικὴ διαβολικὴ est, vt opt. Peucerus de Diuinat. generibus fol. 17.

cap. 1. Vnde ſicut hi, qui DEVM per exta, boues, piſces, aut aues futura demonſtraturum per ignem delicta proditurum exiſtimauerunt, diuinæ ſe pariter & humanæ reprehenſioni expoſuerunt: ita eandem hi notam effugere vix poterint, qui per aliud elementum aquæ idem moliri non erubeſcunt. Alijs elementa neceſſitatibus & vſib. non hiſce ἀῦ[illegible]ιγέτοις præſtigijs & abuſibus creata nouimus.

PVRGATIONEM PER AQV. FRIG. CONTRA IVS, NATVRÆ ESSE CVM REfutatione cuiuſdam Antagoniſtæ.

CAP. V.

PORRÒ quamuis contra Naturæ legem hanc ſuperfluitationem eſſe, quilibet mecum diceret, fuit tamen ante annos pauculos, qui in hoc Andabatico puluere, magiſtratibus quibuſdam currentibus, calcar addere, & Stygiæ huic purgationi pallium nouum conſuere ſtuduit.

Hoc autem is argumento, quod naturaliter (vt ait) Lamiæ ſuperuatent, vſus eſt.

Quem-

Quemadmodum lignum ob inclusum aërem, inquit: ita Lamiæ propter inclusum corpori spiritum Diabolum supernatant.

Cuius similitudinis forma, deinde materia, limæ exponenda venit.

Aristoteles, à cuius inuentis nec ipsa natura dissentit. vt Beroald. scribit lib. 2. in aur. as. Apulei, vbi rerum naturalium & supernaturalium confusionem, absurditatibus fœcundam cerneret, ea quæ μεταφυσικὰ sunt in specialem & distinctum reseruauit tractatum. At Philosophus hic, cœlum terramq; miscet. Quamuis enim Diabolum spiritum fatear: aërem tamen elementarem esse, qualis trunco inest, vix physices perito persuaserit: hoc siquidem pacto, eum, cum elementis, ac omnibus inde creatis interire necesse foret. Aliter id Bodinus dixit, qui Spiritus ex quinta essentia (suo more) opinatur lib. 1. cap. 1. in fine τῆς δαιμονομ. Et alibi de Spirituum actionibus loquens concludit. Necesse est (ait) ceruices demittere, & tenuitatem ingenij nostri confiteri, principiaq; naturæ negligamus, quoties Spirituum actiones & dæmonum societatem cum Magis expendimus, &c. Is autem cornicum oculos configens res physicas metaphysicis constringit. Sed θήσαυρον ἄνθρακες omitto.

Materiam ſui argumenti probat eo, quod Diabolus Spiritus intret Sagas. Verùm bonè quo teſtimonio? An quia eas ſupernatare experientia magiſtra eſt? Non id, ſed cauſam ex naturæ medullis erutam expectamus. Ego verò hunc ingreſſum, confuſionem ſeu μεταμόρφωσιν, vt credam vix adducor. Si namq́ forma interna, vel anima rationalis, quæ hominem efficit ſuperuenienti Spiritui Diabolo cedit, aut ab eo (quod blaſphemum eſt dicere) mutatur iam non homines, ſed aut cadauera, ſeu humana corpora cum Spiritu infernali dicentur Lamiæ.

Præter hæc, poſteaquam anima noſtra, quæ per corpus vniuerſum transfuſa eſt, non minus ſpiritus ſit, quam Diabolus, quod & Hipparchus Leucippus & Stoici non negauerunt, aut certè aër, vt Anaximanes, Anaxagoras & Cynici aſſeruerunt, per nouam hanc rationem ſimiliter omnes viui ſupernataremus. Niſi ille mihi rurſus obijciat, quod Lamijs iam duplices inſint Spiritus, & ob id leuiores. Riſum teneatis amici. Adde quod Principijs ipſis aduerſetur, quod Diabolo, leuitatis accidens adeſſe ſcribat: non etenim ob leuitatem, ſed virtutem & ὀυσίαν ſuam, vel aquarum fundo, vel ſuperficie, terrarum abyßis, ut aëris celſiſſimo faſtigio hæret. Dæmoniacos, item, qui ab obſidentibus Dæmonibus

nibus etiam ἐγγαστριμάντεις dicuntur, & à millibus interdum obsidentur, in quas Sathanam intrare sacræ literæ testantur, Matth 18. Marc. 1. recenti hac causa submergi, nemo crediderit: cum tamen experientia diuersum docuerit, crebriusq; nî exacta custodum diligentia inhiberet, ostenderet. Quid? Porcorum obsessorum gregem nonne aquis suffocatum dicet?

De horum itaq; ingressu & obsessione, De Sagarum deditione mancipatione & consociatione rectius dixerit. Ideoq; Quintum diuinationis genus Hæbræis Chober, seu vt Bodinus vertit, associatum dicitur, eamq; consociationem in magorum conuentibus fieri scripsit lib. 1. cap. 6. Δαιμονομαν: Nec quicquam est, quod idem ille hunc ingressum eo probare moliatur, quod nunquam quicquam, à tempore renunciationis boni, cogitent, aut faciant. Age. n. si nihil boni cogitant, quodnam esset resipiscentiæ & pœnitentiæ principium? Imò cogitationes resiliendi, & ὑποστρέψιος interdum obrepunt, quæ cum in opus prorumpunt, à Diabolo præpediuntur, & blanditijs minis aut verberibus retunduntur. Eiusdem est præcipitantiæ, quod quicquam boni eas facere negat: ex quarundam enim confessionibus acceptum est, illas, non, nisi in æde sacra, tranquillitatem inter

diuina habuisse. Sed &, quo suam prauitatem pallient, bonorum operum Diabolus, sæpè non impedit exercitium, quod ipse fol. 5. fatetur. Rectiùs itaq; Pædagogum ijs, nunc vocatum nunc non vocatum adesse, dixerit, vt & Bodinus lib. 4. cap. 1. in princ. Sed priusquàm Philosophum ad Augustinum lib. 11. de Ciu. Dei. Tomam. part. 1. q. 115. art. 5. in fine. Lombard. lib. 2. dist. 8. E, sententiarum. Bedam. super c. 5. Actor. aliosq; ei ex Diametro aduersantes remittam, nouerit animam humanam quiddam esse medium inter Dæmones & Angelos, latè Bodinus lib. 1. cap. & qui spreta mortalitate animam intelligentem, pietate & virtutibus exercent, angelis eam adiungunt, talemq; societatem cum ijs contrahere poterunt, qua eos præsentes sentiant, fugienda, sequendaq; eorum suggestione persentiscant. Cuius rei exempla de Saule, de Spiritu Moysis, Eliæ, Samuelis, & aliorum passim extare legerit. Quò respexisse Senecam Epistola 21. apparet, qui ait. Quærendum est aliquid, quod indies non fit deterius. Quid est illud? Animus, & hic rectus & bonus. Quid aliud voces huuc, nisi DEVM in humano corpore hospitem. Hoc illud est, quod puerilis Cato, aut quisquis autor est, (licet Planudes eum non sit assecutus) voluit. Si animus noster DEVS est, sit pura mente colendus.

lendus. Hic, quis ambigat, animam per se manere quidem, sed ob virtutum actiones angelis bonis sociari. Ex aduerso, qui pietate tempta, in vitiorum se palæstra exercuerit, dignum is ollæ repererit operculum, cùm eius anima in diabolicam naturam transeat, quod citante Bodino Iamblichus etiam non ignorauit, lib. 3. cap. 32. Neue corporis hic, quod animæ tantum vestimentum & vas est, vt Cicero 1. Tuscul. μετεμόρφωσιν quisquam ob hanc dediuonem existimet; sed anima fit Diabolica, id est, Diaboli instinctu, suggestione & societate omnium vitiorum se coinquinat sordibus. Rectè Lombard. d. lib. Sent. 2. Distinct. 8. Vt vnis autem fascibus, quod aiunt totum complectar. Tam corpora eorum, qui bonis quam qui malis se angelis sociant, ex recens parta ratione nunquam siderent. Quod à rei veritate latissimè tamen exorbitat. Licet enim Sancti Clemens, Crispinus, & Crispinianus ex iussu Maxentij, lapide Molari appenso, submergi non potuerint: plurimi tamen DEI Martyres Sanctissimi aquis iniecti, suffocati leguntur. Et vt contradicendi dubitandiue nulla restat occasio, omnium magorum princeps Eynopes precibus S. Ioannis in aquis submersus perijt: atq; summus quidem Magus Oddo Danus, qui sine nauigio pyraticam

exer-

exercuisse, & naues quam plurimas in mari cepisse, demum victus, vnda suffocatus legitur, Olaus Magn. lib. 3. cap. 18. Wier. de præstig. lib. 2. cap. 4. Immota proindè manet regula, si fœminæ malificij delatæ hoc modo purgatæ supernatant, tam id παράφυσικον & non ex natura esse, quàm quod securis Helisei in aquarum hæserit superficie: in eo distare tamen, quod hoc DEI *illud Diaboli sit negotium.*

Ne autem (vt noui purgatoris epistolium latius percurram) physicis his subruerent tecta columnis, & totum eius balneum frigesceret, authoritate veterum I.Ctorum id fouere aggreditur, quos eius meminisse scripsit. Inficias quidem non eo, quosdam (quos ille veteres putat, cum tamen ambos seculum nostrum nouerit) purgatiorum mentionem fecisse; at talem, qualem Pilati fides apostolica.

Damhuderus enim hæc ijs, quæ ab eo truncatim ad suæ sententiæ & purgationis confirmationem allegata sunt, immediatè subnectit, cap. 43. Prax. crim. Verùm, cùm & istiusmodi purgationes nihil habeant humanitatis, sed tyrannico animo diabolicoq; instinctu inuentæ atq; excogitatæ, ad diuinæ potentiæ tentamenta rectè vergant. Ideò non temerè canonico iure prohibitæ sunt

&abo-

& abolitæ, ne amplius iisdem vteremur, &c. *Quibus cum ad palatum eius non facerent, caluitium indixit. Cuiacium verò præceptorem meum, qui etiamnùm superest, perperàm tùm loco tùm testimonio citauit, qui inuenitur tit. 1. in Comment. super lib 1. Feud. Gerhnig. Is quidem non magiæ, sed omnium suspicionum purgationem per aquam frigidam in vsu fuisse dicit, addit tamen;* ducto argumento, nescio an bono, à potione illa, quam stupri insimulati mulieribus dari iussit Moyses. *Quæ cum ille trutinauerit, offenderit, eos, has purgationes generales & indifferentes, non Lamiarum solum, & neutiquam approbandas fuisse, expressè voluisse. En Cadmæum victorem. Apocope porrò hac, si dolo malo vsus, laudem opinione minorem consecutus est. Certè falsis allegationibus & legibus abrogatis, olim qui vteretur, ei aqua & igni interdicebatur, L. fin. ff. ad leg. Corn. de falsis, cui nunc deportatio successiit, L. 2. § constant ff. de pœnis, & qui hoc pacto aquam & ignem introducere studuisset, iisdem caruisset. Sed culpa & præcipitantia eius factum verisimile est, postquam in opusculi sui dubitatione, inuentione, lectione, conscriptione & editione nouem solùm miseros dies sudauerit, & typographi tum hospitis sui oportunitas forsan inuitauerit, aut importunitas*

extor-

extorserit. Vt autem is animaduertat, quàm iniqua sit veterum purgationum per aquam frigidam, cum recenti hac nostra γυναικολόγοι comparatio, primum aduertat, illas ab ethnicis, eorum superstitione, aut diaboli suggestione mediante, vsurpatas; hanc à Christianis exerceri. Illas omnium promiscuè criminum aut iniquitatum; hanc specialiter Lamiarum esse. Illas non, nisi vrgente necessitate; nulloq; innocentiam probandi restante medio, concessas: hanc ob suspicionem etiam leuissimam pluribus & certissimis in iure viјs patentibus decerni. Illæ interuentu Sacerdotis & precibus ad DEVM pro innocentis conseruatione præmissis fiebant; Arg text. in c. sententiam, § fin. Ne cler. vel Monachi, &c. Hæc Corybanthum & furentium more, sine vlla DEI mentione peragitur. Illæ innocentiam arguebant, si Reus contra naturam supernataret; hæc è contrario, eum damnat. Illæ indici non poterant, nisi suspicionibus & indiciјs ab Actore probatis, quandoquidem instar torturæ est purgatio. Bald. de pace ten. in princ. in vsib. feud. hæc circa nullas probationes laborat. Et licet id in pugna seu duello Bald. statuat; In aliјs id purgationibus multòmagis dici debebit, cùm illic contra hominem hîc contra fata, naturam, adeoq; DEVM ipsum pugnetur. Deniq; in veterum

purga-

purgationibus ij, qui succubuerunt, nec pro damnatis, nec pro absolutis, sed pro iys, qui in torturis moriuntur, habebantur: In hac purgatione victæ, vt sontes & conuictæ reputantur. Sed Solem facibus iuuare quid refert? Errare humanum, perseuerare Diabolicum esse, ait Luciani Dæmonax, Dei verò, & Deorum proximi, errata corrigere, gloss. L. consentaueum C. quom. & quando. Cauebit spero deinceps Philosophus, & falcem in mensem propriam mittendo, literariam (vti cœpit) Rempubl. iuuabit, non politicam turbabit.

DVPLICA CONTRA NOVAM EIVSDEM PHISIOLOGIAM ET PRÆFRACTVM DICTÆ EPISTOLÆ DEFENDENDÆ STUDIUM.

CAP. VI.

SED ecce, dum hæc consilio Horatiano premerem obrepit eiusdem in vberiori tamen verborum multitudine recens scriptum, quod physiologiam baptizat, quo hæresin suam per eamq; seductos quosdam Iudices, ne fortè hi iustè syndicentur, & illa iustè eleuetur, animo insuper præfra-

præfracto palliare satagit. Magnam præ se fert, ait Hieronymus, emendatioris vitæ spem, erroris proprij verecunda confessio. Sed agnitam veritatem nolle agnoscere, Spiritui Sancto aduersarium est. Ah præstiterat modicum authoritatis suæ facere naufragium, quam insontes reos, imperitos magistratus & conscientiam propriam in inenatabiles inducere Syllas & Syrtes. Cæcutientibus *nebulas effundere non fuit opus, nam sic vulgus per se est, ait* Cicero *pro Roscio, quod ex opinione multa, ex veritate pauca æstimet. Viderit, viderit, ne in se, aut suos,* DEVM *sententiæ huius, Malum consilium consultori pessimum, executorem aliquando seuerissimum experiatur. Sed ad rem. In epistola Formam internam Sagarum mutari dixerat, ab Euuichio & alijs monitus, cum ad vomitum redire, & cum Stesichoro Palinodiam canere nolit, in omnes se formas (rubro & albo, id est, ingenuitate & veritate exceptis) cum* Chameleonte *vertit, vti Plinius lib. 8. cap. 33. Et demùm per formam se intelligi velle ait formæ statum: & per statum, accidens seu adiunctam conditionem, quod ea nimirum in virtutibus & potentijs mutetur. Verùm quid hoc ad pondus aut ad leuitatem corporis? Paulus ex tertio saluatur naufragio, quo impij procul dubio perierunt. Velis versis pij interdum naufragio submerguntur,*

tur, cum iniustissimi & nequissimi ad litus appellant, Sed quicquid sit leuitatem, tamen huius supernatationis causam, ait, in lib. 2. quam Satanicam esse dixerat, iam & id ne recum cantet, repetit quidem, sed tali condimento, quod nempe ideò Sathanica sit, quod Sathan eam efficiat, Quomodo? Sua leuitate attrahat, tollat, retineat; Nil sibi quàm veritas constat. Qua fronte quæso Satanam leuem esse dicit, qui accidentis capax non est? Imò, si Sathan leuis, quid hoc ad corpora Sagarum? Inesse dicis corporibus; sed nonne quod ipse antea citas, de submersis Gargasarenorum suibus, de aliis Dæmoniacis obsessis, tibi reluctatur? Atqui manum (ais cum Euuichio) Sagis supponit, illasq́ sustentat ne sidant. Esto & hoc, Sed vbi hic tua leuitas manet, cum neq́ in Sathana sit, quippe qui potentia & virtute suæ manus eas sustinet; neq́ in Sagis recumbat, quippe quæ, ne submergantur, à Sathana sustolluntur? Certè vt in tuomet operetur ingenio necesse est. Sed pergis, DEVS Diabolo hanc potestatem concedit, contra Sagas. Vnde probas? Non verisimile imò imposibile est, ais, quod insontes Diabolus possit submergere (ex errore, id, cum sustinere dicere volebas) quia contrarium hoc esset DEO iudicium, vt insontes periclitarentur, ob ea quæ non commisissent. Ah Scriboni. Hic te nudum exhi-

 bes.

bes. Dilectionis diuinæ signa sunt martyria cruces, castigationes, persecutiones, c. nulli. 3. q. 1. &c.

Sed heus, quid concludit, DEVS potest suo medio Sagas prodere? Sic est quidem, & idem te in truncum mutare potest: sed an faciat? An concedat? Imò DEVS prohibuit huiusmodi tentamenta, vti sup. & inf. dixi. In prohibitoriis autem & illicitis dolus semper præsumitur, L. 1. C. vnde vi. Et quot innocentes in extremo bonorum, honorum, vitæ, & sanguinis lapsi, & sublati sunt periculo? Ah quò superbia & arrogantia possessum non pertrahit, Experientiam appellas, At sub iudice, vt vides, lis est, imò sententia lata, & iam olim publicata, quod hæc experientia tua fallax, Diabolica & sub excommunicationis pœna interdicta sit, sicut infrà legeris.

Porrò Homerianæ Odysseæ Proteus lib. Δ. in aliam se formam mutat, & rationem supernatationis, aquæ asscribit, dum sic argumentatur.

Per aquam Baptismi in municipium Christianorum recipimur. Ideò munipio huic renunciantes, aqua respuit? *Quare? iusto Dei iudicio, & per antipathian aquæ cum Sagis. Hic antiquum obtinet, alterum namq; Theologicum est, alterum Physicum. Sed quis DEO consi-*

consiliarius? Quid prohibet, ait, quod illud signum esse possit dissoluti fœderis? Esto posset & potest esse; sed prohibitum, Neq; à posse ad esse consequentiam valere triuiales discunt. Sed de hoc paulò post. Hanc autem rationem omnium optimam censes, vt si omnes liquescant, hæc subsistere possit? Væ certè tum alijs, Theologos conuocas: ij profectò pessimè te mulctabunt. Iuristas compellas: at quàm in eorum officinam illotus & insulsus irrueris, animaduerte. Physici & Medici de antipathijs naturalibus facilè, sed de Theologophysicis tuis vix quicquam boni iudicabunt.

Cum autem cautè & religiosè tecum agendum sit, ne tuæ opinionis & phantasiæ contradictorem, eiusdem quo Wierum. *sugilles criminis, intellige, nullum me Sagas nefandaue Sagarum scelera defendendi tenere studium, quippe quæ me extremo vitæ, famæ, fortunarumq; omnium exposuerant periculo, & ex qua fece intra decendium quandam flammis adiudicaui; Sed vt à Diabolo fabricatam, vt textus ait, & à te politam purgationem, hebetem, retundam, & perpetuæ rubigini mancipem,* CHRISTI-*anosq; magistratus, qui Bodini & tuo instinctu à Iuris & legum orbita auocantur, dum eadem fauce inclamatis*, in tam horrendo crimine nihil necesse religiose hærere quemquam

regulis procedendi. Item ille suo βοδινο-μανίας, libro 4. scribat. Qui iuris ordinem & forenses formulas hîc obseruet, ius diuinum & humanum planè peruertet, (vox veri Abaddon) *ad rationis & iuris scripti gyrum reducam, aut remittam. Immane scelus immani expietur supplicio. At quia non omnis, qui accusatur, criminosus est, sed qui conuincitur, c. fin. 15. q. 1. & licitum sit quidem in puniendo enormia, non in procedendo, regulas iuris transgredi Hippol. in pract. § diligenter n. 174. &ç. Audi, intellige, & iudica, ac inquisitionem, iusto instituas tramite, ne iusto præmio insontes aut iusta pœna nocentes careant.*

ΓΥΝΑΙΚΟΛΟΥΖΙΝ CONTRA IUS CANONICUM ESSE.

CAP. VII.



ÆTERVM *tentatio seu purgatio hæc quàm obstinatam cum DEI voluntate, ac naturæ lege pugnam exerceat, ex superioribus liquet, oportunum nunc esset, ut quanto eam odio Iuris scripti censura persequatur,*

quatur, perstringeretur. Verùm cum de omnium purgationum impietate & iniustitia superius generatim dictum sit, atq; nihil excipiat, qui omne dicit L. Iulianus de legat. 3. l. à procuratore C. mandat. λακωνίζειν hic quàm πλεονάζειν malo. Præter vniuersalem autem eam iuris execrationem, specialem inquirens, textum in c. ex tuarum de purgat. Can. habet, vbi Pontifex præsbyterum h. homicidij suspicionem per aquam frigidam, qua se purgauerat non abluisse, sed ista quasi infecta, canonicè eum purgandum rescribit. Gynecomastyx ille Ioan Bodinus in opere quodam, cui meritum titulum Δαιμονομανίας præfixit, (quippe quod sanguine potius fœmininarum, quàm atramento scriptum est, & vltra triginta tres in libro quarto regulas sub Lamiarum nomine aduersus mulieres peperit, quas latrante Cerbero, furente Thysiphone, decernente Plutone, publicante Ate, & Diris omnibus, concepisse apparet) eo licentiæ nunquam prorupit, vt γυναικολοῦσιν hanc approbandam, sed ex diuerso, ceu Diaboli institutum, & ipsius magiæ officinam deuitandam censuerit. In hanc enim sententiam lib. 4. in fine ferè scripsit, Omnia contra maleficas tentanda sunt, dummodò id non fiat, quod quædam germanicæ Ciuitates in vsu habent, quæ Sagas aquæ frigidæ imponunt, vt, an intentati

 crimi-

criminis reæ ſint, nec ne explorent: hoc namq; pacto (inquit) iudicia, quæ Sancta eſſe oportet, in Scholam magiæ Diabolus commutat, &c.

ΓΥΝΑΙΚΟΛΟΥΖΙΝ CONTRA IVSTAM CONSVETVDINEM eſſe.

CAP. VIII.

DEMVM purgatio hæc, ſicut Dei præcepto, Naturæ, Canonico, Ciuili & Saxonico iuri contrariam eſſe domonſtratum eſt: ita nulla legitima conſuetudine corroborari poterit. Quamuis in hac arena andagoniſtas non defore ſciam, qui eius experimenti (vt illorum verbo vtar) ſe non primos eſſe, ſed à maioribus ante ſecula id vſurpatum fuiſſe depredicant: Iis tamen hoc primo reſponderim, quod alibi Plinius, Inuenio, inquit, apud ſapientes honeſtiſſimum eſſe maiorum veſtigia ſequi, ſi modò recto itinere præceſſerint, c. prima Salus 25. q. 1. Non omnia prædeceſſorum noſtrorum dicta ac facta calculo, ſed ſæpenumerò lima & vnguibus digna ſunt, Beati & fœlices eſſemus,

essemus, si antiquorum vita Lesbiæ nobis instar regulæ foret. Sed eheu tàm politica quàm Ecclesiastica gemit Respub. quam variis & enormibus veterum abusibus, ob autoritatem, vel ob multitudinem tradentium, supplantati, & irretiti iaceamus, non animaduertentes, vnde illis prima eorum scaturigo promanauerit. Permulta sunt, quæ eius ætatis infantiæ & simplicitati in Politicis asscribenda excusandaq; erunt, corrigenda tamen: frustraneum namq; omne foret studium, si prioribus meliora inuenire non liceret. Perplurima item in DEI ecclesiam irrepserunt scismata, quæ antecessoribus nostris tùm ethnicis à Diabolo propinata, nobis imbibenda per manus quasi porrecta fuerunt, quæ nos quotidiè, pro Nectare diuino (proh dolor) inebriant, & Chimeræ instar, virginali facie blandiuntur, scorpionis tamen cauda immedicabili nos vulnere sauciant. Eius mali exempla etiam in hoc puluere nostro in promptu extant.

Nemo non Christianorum est, qui veterum Ægyptiorum & Græcorum impias ac superstitiosas incantationes, auguria, aruspicinas, diuinationes, & id genus alia, non execretur ac damnet. At quot sunt etiam inter Religionis renatæ præsides, qui si inusitato, seu Empyricis incognito morbo corripiantur, pecudū luem, segetū calamitatem, seu aliā δυσυχίαν experiantur, fascinum

id esse non iudicent; diuinatores adducant; autorem sciscitentur; & malum benedictionibus (maledictionibus dixerim) furtiuis susurris, characterum inscriptionibus, aut ingestionibus propulsari non cupiant? Et quotusquisq; est, qui priscam ethnicorum μαγέιαν hic reædificari aut conseruari persentiscat? c. 1. 2. 3. c. non liceat 25. q. &c.

Porrò ethnicorum extispicines deuouemus, vtpote, quæ DEVM suorum consiliorum secreta boum & vitulorum extis demandasse, eiusq; iudicium his explorandum tradiderunt. Sed Christianorum non pauci sunt extispices, qui dum effascinatarum (vt putant) pecudum luem amouere, vel maleficam prodigestiunt, demortui animalis cor prunis torrent; quô, in actu hoc superuenientem aniculam autorem cognoscant. Quis hic Diaboli operarium probissimarum etiam annum repræsentatione, aut interuentu, mercedis loco interdum ludi non dixerit?

Auguria veterum reprehendimus, at sunt qui garrientes picas, aduentum conuiuarum etiamdum millibus distantium prænunciare credant; emanentes hirundines, cuiusdam domestici eo anno obitum: gallinas cantantes; infortunium: coruos aut noctuas circa tectum insolentes; mox futuram inhabitantis necem, significare

ficare existiment. Hæmatomantian detestamur, sed anne permulti sint, qui quorundam verbulorum mussitatione sanguinem sisti autumant, non secus, vt Vlissi sanguinem verbis restrictum Homerus narrat? Quis ex hac fece profluxisse dubitet, quod infiniti ex vulgo, ipso Festo Iohannis Baptistæ, eius cruorem (vt aiunt) in terris passim fodiendo perquirant, & , ne anno sequenti à Sagis fascinentur, vestimentis religiosè inungunt. Quem rubicundum terræ succum siue natura generet, siue Sathan superstitiosis subyciat, nihil moror, dum id reuerà constet, quod nulla probabili ratione aut autoritate perficiatur. Vti nec illud, quod stupidis hinc inde rusticis in more est, qui ne pecus à Sagis lædatur, mactatorum boum cruore parietes aspergunt. In quem finem quoq; S. S. Philippi & Iacobi festo ex indubita veterum δενδρομαντίᾳ *ramos orni stercorariys infigunt, vt scilicet eo anno à fascinis Sagarum tuti reddantur. Somniorum obseruationem antiquissimam esse, iysq; rei futuræ certitudinem sæpè prænotatam non ignoramus. Verùm cùm ea non solùm naturalia & Diuina. Vt Macrob. in som. scrip. aut* Δαιμονιόπεμπτα *sint, vt Peucr. Postremaq; huius speciei quædam* σημαντικὰ *seu significatiua quædam* ἄσημαντα *dicantur,* quæ struuntur à Diabolo ad ludificandos ipsi man-

cipatos ministros, vt cum veneficæ somniant, se in cœlum euehi, & ad conspectum beatorum Angelorum & hominum adduci, aut versari in ornatis atrijs, & complexu frui amatorum, aut accumbere mensis, quæ refertæ sunt exquisitè paratis epulis, aut expleri sese, atq; efferri sentiunt falsa lætitia ex rerum appetitarum, *sicuti Peucer. αὐτολέξεὶ scripsit, d. lib. cap. de Diuinat. ex somno. post prin atq; vti Tex. apertus Iuris, can. in c. episc. 26. q. 5. Ne proinde (inquam) Diabolis se somnijs immiscendo pijs etiam ludificaretur, à* DEO *conseruatore nostro, ne somnijs moueamur, seuerè prohibitum nouimus. Veruntamen antiquorum superstitiones damnatas & euulsas, non autem eradicatas comperimus.*

Quidam enim nostrum sunt, qui licet sua somnia in vniuersum anxiè non ruminent aut obser[illegible]nt. De nuptijs interim somniantes, funus; de piscibus infortunium: de pecunijs damnum subuerentur, Cuius *rei impietatem libellus quidam publicus stabiliuit.*

Hydromantiam execramur, eò quod DEI *iudicium per aquæ elementum tentetur. At, quid aliud prædicto balneo satagimus, quàm quod diuinam voluntatem exploremus, an ream maleficij accusare velit, nec ne? Inenarrabilem autem Dæmonis imposturam hîc deprehendere licebit.*

bit, qui, postquam ethnicos hoc pacto induxisset, vt sidentem reum, superfluitantem insontem æstimarent, neq; is inscius esset, istam priscorum purgationem Christianis odibilem fore: in aliam se Proteus formam transmutat: atq; quò ab illa distare videretur, nunc folio conuerso sidentem, insontem; & superfluitantem Reum persuasit. Vah τȣ̃ μυριοτέχνȣ ludibria, qui per deceptos homines alios decipere quotidiè gestit, vt perditionis suæ eos faciat participes, Tex. c. qui sine Saluatore, 25. q. 2. Ecce veteris gentilismi reliquias, quas si ob id venerandas & sustinendas censemus, quod ab alijs exerceantur, aut recentia non sint: iam omnibus herclè oraculis (quorum etiam initium nescitur, Peuc. de orac. sub fine.) imò omnibus in orbe abusib. & vitijs emplastrum lineremus. Verissimũ germani ferunt adagium, Hundert Jahr vnrecht/ist niemals recht/Consuetudinis vsusq; longæui non vilis est autóritas, Verùm non vsq; adeò valitura momento, vt aut rationem vincat, aut legem scriptam. Cum verò nec sacris Canonibus nec humanis legibus obuiare monstratur, inconcussa seruabitur, Tex. c. consuetudinis 11. dist. L. 2. C. q. sit long. cons. Scitè Senec. lib. de vita beata scripsit: Nihil magis præstandum esse, ne pecorum ritu sequamur antecedentiũ gregem pergentes, non quò eundum, sed quò itur. Veruntamen perpendentes quod seruus,

qui

qui agnitam DEI *voluntatem non exequitur, multis plagis sit vapulaturus, eiusmodi obiecto supersedebunt.*

DE OBIECTIONVM ET PROCESSV QVORVNDAM REFVTATIONIBUS.

CAP. IX.

SVNT *præterea qui autument. Postquam Lamiæ baptismo, qui mediante aqua perficitur, & Christianæ religionis ostium est, renunciauerunt, per idem aquæ Elementum eas à* DEO *proditum iri, & ob id supernatare, Quibus respondeo, Primùm. Hanc coniecturam, cùm neq; ex natura, neq; ex* DEI *præcepto resultet, superstitiosam & prohibitam esse. Deindè, vt vt res sit,* DEVM *tamen sine mandato tentari. Tertiò, Turcorum Mammolucæ, seu ex Christianis Apostatæ, item Anabaptistæ & Iudæi relapsi, qui baptismati accepto, Deo* DEIq; *Filio, ex professo renunciant, hoc potissimum signo manifestarentur.*

Præterea fœdus cùm DEO *in baptismate percussum non statim peccatis rumpitur, alioqui necesse*

necesse foret, pœnitentibus baptismum iterare, Sed id prohibitum: quia, uti DEVS immutabilis ita eius donationes, promissiones, & fœdera firma, fixa & immutabilia sunt, dummodò pœnitentibus? VVesenb. in C. ne sanctum baptis. iteretur num. 2. Sed coniectura hæc vti recens est, ita falsissimam nouimus. Quartò, Indicia & coniecturæ in criminalibus secundum ius, & ab eodem approbata, non expressè damnata, atq; quod Diabolica sint, probita erunt. Bertach. in Reperto. verb. Iudicium n. 10. per Bald. L. cum citra C. de iure dot.

Atqui (purgatores replicant) Magistratus hoc experimentum non indiciorum loco habet, sed ad pudefaciendas Sagas vtitur, vt conscientia propria confusæ & quasi conuictæ, tanto faciliùs & spontè interdum confiteantur. Hi id sibi responsi accipiant.

Res gemitu & lachrimis est dignissima, quod eam hominum fecem Christianismus alat, quæ DEO & cœlestis vitæ fiducia postpositis, à crudelissimo seduci, se patiatur Diabolo, cui vt Eurip. in Bellereph. ait, μὴ φῦναι κράτιστον foret. E regione pariter dolendum, foret si iste cruentus, & ad hominum lanienam perpetuis rictibus anhelans Draco, Iustitiæ præfectos, Deo conniuente, adeò effascinaret, vt in commissum gregem

gregem quasi frenis exuti, sub functionis publicæ pallio punctim & cæsim irruerent, atq; infallibilibus Iuris scripti scipionibus abiectis, inclinationi naturali (vt aiunt) & ductui phantasiæ propriæ confidentes, innocentissimorum quorumq; cædis, profligationis, ac perditionis, se reos facerent, Certum accusationis modum vti D EVS *& scriptæ leges præfixerunt: ita defensionis viam, ante vllum actum iudiciarium, qui grauamen irreparabile importat, aperuerunt, nec quidquã, sine defensione præuia, quam neq;* D EVS *ipsi negaret Diabolo (Rota decis. 15. de procur. Cepol. cons. 10. n. 5.) attentari, strictissimè prohibuerunt L. si non defendantur ff. de pœnis L. 1. § fin. L. vnius § congniturum ff. de quæst. &ç. In sui verò defensione si Reus succumberet, iam vlteriora primum decernenda esse sanciuerunt. Hippol. consil. 12. vol. 1. Bart. L. fin. ff. Salic. L. fin. C. de quæst. etç.* Pręterea omnium est I.Ctorum communissima, & nunquam conuulsa sententia, ex iisdem indicijs Reum nunquam, nisi semel torquendum, quod totum mundum seruare, *ait Boër. decis. 16. & num. 12. Gramm. decis. 8. n. 8. Cæpol. cons. crim. 32. etç.* Nisi certè vrgentissima & irrefragabilia fuissent indicia priora: aut noua, à primis, specie & substantia differentia, iisq; fortiora superuenirent. Quibus casibus semel sed vlterius nun-

nunquam, vlterius nunquam quæstionē repeti posse omnes, Dd. vnanimiter tenent *Zilet. consil. 75. n. 30. lib. &c. Sed tuum, mi antagonista processum exactiori bilance trutinans responde, An delatæ mulieres à focis & domib. ad hoc balneum protinus abripiantur? lotæ ad tristissimum & verè Creticum Labyrinthum abducantur? Et carnificum Lanienis dictum factum subijciantur? Qua tortura si nihil mali confessæ defungantur, anne iteratò tertiò, quartò: imò dicere mens horret, septimò, octauò, & tantisper dū rogata confiteantur, confessæ perseuerent, torqueantur? aut viuæ fidibus discerptæ à Diabolo τραχιλισμον passæ dicantur? Atq; hæc sine vllius defensione omnia? Huiusmodi πρατοτύποις captiua, iam edocta, & tot tormentorum mortes sibi obeundas haud ignara, an mirum quemquā habet, si vnā necem pro pluribus seligat? Et licet Sceuolæ similis salebras, et olim ad colum acumue auditas historias à se perpetratas fateatur? Hunc metū tremorem et mœrorem, qui pudorem duntaxat, esse indicat, eundem meretur. Atheus si detur pudoris id loco esse, Des meæ veniā quæstiunculæ, Quid si vxorē matrem sororem aut filiam tuā innocentissimè à schola Diaboli delatā in totius ciuitatis ore, à carnificib. abripi, trahi, ligi, deuestiri, et aquis suis probari seu purgari videres. fidentem tamē, tibi vltrò à Magistratu restui, an eandē*

quam

quam nunc cantilenam occineres? Recollige te, ne quod alij interis, tuis olim sit exedendum.

Sed rursus obijciunt. Si DEVS magistratum Sathanæ suisq; dogmatibus & ritibus hoc modo execari concederet, innocentes tamen personas ita pessundari vix pateretur. Respondeo.

Diuinorum consiliorum secreta rimari mihi sit religio, Innumera Martyrum beatorum extant testimonia, quorum innocentiam coram tyrannis & mundo, passus est obscurari, vt cum martyrij corona perpetuò coruscarent. Poterant profectò Dij immortales, ait Valer. Max. de M. Attilio Regulo, efferatam mitigare sæuitiam: cæterum, quo clarior esset Attilij gloria Carthaginenses moribus suis vti passi sunt, tertio punico bello religiosissimi spiritus tam crudeliter vexati, Vrbis eorum interitu, iusta exacturi pericula, lib. 1. cap. 1. in fin. Aut eò superstitionis interdum prolabuntur Rei, vt à diuino concessæ defensionis iudicio ad hoc Cacodæmonis appellent ludibrium, & supernatationi huic infœlicem & impiam fidem adeò tenaciter adhibeant, quàm iudices & agonothetæ ipsi. Mirùm igitur non est, si medijs licitis ac DEO ipso relictis, Sathanæ crediderunt, eiq; salutem & innocentiam suam tutandam obtulerunt, ab eodem illudantur & decipiantur, omnemq; futuræ

turæ contradictionis frugiferæ sibi ansam ipsi præcidant.

Experientiam deniq; sunt qui prætexant, cuius ratio licet exactè sciri non possit, interea tamen veram esse: non secus vt hominis occisi manum etiam pumice aridiorem, ab homicida contactam, sanguinem stillare comperimus; cuius causa etsi nos fugiat, cædis tamen infallibile generat indicium. Et reliqua.

Respond.

Infinita sunt in rerum Natura paradoxa, quorum effectus certus, causas incertas fateor, quæ tamen ex sympathijs & antipathijs, aut ex constellationibus seu influxionibus progigni creduntur. Smaragdus epilepticum si sanat, nitorem retinet; morbum si superare nequit, rumpitur. Veneris impatiens Saphirus. Magnes ferrum attrahit, allio oblitus, respuit. Leo gallum, eius cantum Aquila perhorrescit, Pennæ Aquilinæ alias deuorant. Ruta ad ficum consita, lætius prouenit & ficum fœcundat. Brassica vitibus inimica. Echenëis nauem remis & velis concitatam sistit. Insanus elephas ariete conspecto mansuescit. Taurus etiam ferocissimus ad ficum ligatus, mitescit. Equus in lupi vestigio, obstupescit; eius cor præsepi alligatum pecudes famere; intestina fumata non transgredi


 gredi

gredi faciunt. Quod πάθος vti in inanimis & brutis, ita in hominibus ipsis deprehenditur. Meminit libellus quidam Francicus, cui Titulus Histoires prodigieuses Hispani cuiusdam, qui postquam Imperatori in solenni processione prætergredienti vulnus inflixisset, nunquàm antea à se viso, à satellitibus captus & causam facinoris rogatus esset, nullam aliam respondit, quam quod naturali contra eum flagraret inimicitia. Sed hæc omnia (inquam) naturæ limitibus concluduntur, ad quos siue hanc αἱμωρρέαν, siue ad testimonium diuinæ indignationis & sanguinis innocentis inclamationem Apocal. 9. referas, per me licuerit. Nostra verò purgatio naturam transcendit, & vel καταφύσικον aut μεταφύσικον, aut si mauis plutonicam fallacissimam & falsissimam esse, suprà demonstraui. Postremò (vt ad colophonem vergat oratio) si sacras voluamus literas, nulla de re, quam de γυναικολοῦσιος istius vel approbatione vel encomio, altius est silentium. Si prophanas; nullam eius originem, causam, exercitium aut similitudinem legeris, excepto, quod de palude Iunonis non procul ab Epidamno Laconum oppido memorant historiæ. Sicut enim placentæ frumentaceæ ei iniectæ, si submergerentur, prospera: si innatantes non admisisset, & velut

vnda

vnda indignata reiecisset, tristia portendi experientia docuerat. Ita frumentaciæ hæ corporum anilium massæ, si superenatant, tristissimam & amarissimam necem: si submergantur lætissimam honoris & vitæ redemptionem eis præsagiri certum est.

*



SED RELICTO MISERARUM LAMIARUM, UT VOCANT, PURGATORIO PARADISUS EARUM

tentandus est, vt, quid, deliciarum & voluptatis, pro tanta ignominia, cruciatu, & pœnis habuerint, ex aduerso non ignoremus, & de grandi istarum anuum potentia.

CAPUT PRIMUM.



NAM esse omnium & supremam causam DEUM *a qua reliquæ omnes, vt secundariæ dependent, etiam Ethnicorum quosdam non ignorasse, res est vulgatissima: quæ, vt, totius vniuersi creatrix, ita conseruatrix, & rectrix liberrima, sine cuius facto, concessione vel scientia, nihil ab elementis aut inanimis, ab hominibus aut brutis, ab angelis aut Dæmonibus fieri poterit: nam nihil in immensa hac fit Republica, ait Augustinus, quin proficiscatur ab intelligibili, & scibili illa* DEI *aula, de ciuit. Dei. lib. 7.*

cap.

cap. 35. & de Trin. lib. 3. cap. 6. Lombard. lib. 2. sentent. Dist. 7. in fin. Et vt hanc indefessam sui patris curam ipse DEI Filius nobis testatam faceret, ne passerculum quidem, sine eius voluntate in terram decidere, ipse edocuit. Matth. 10. Pro nobis autem quod maiorem gerat sollicitudinem, sexcenta sunt sacrarum literarum exempla & testimonia. Non etenim vita nostra temeraria est, sed diuinæ dispositioni & gubernationi subiecta, vt idem August. Meditat. cap. 28. scripsit. Neq; nostræ vitæ protector. Psalm. 26. qui Israël custodit, vel dormitabit vel dormiet, Psalm. 120. Sed æqualis ei cura est de omnibus Sap. 6. & intelligit omnia opera hominum, respicitq; de excelso Sanctuario suo, super omnes, qui habitant terram, Psalm. 32. Quibus tàm bona quàm mala, tàm mortem quàm vitam dispensat. Esaiæ 45. Ecclesiast. 11. adeò vt iis, nec vel capillus inuito patre cœlesti decidat, qui numerati sunt, Matth. 10. Quod ipsum neq; ethnicus ille Homericus ignorauit, qui Helenam suam Telemachum his verbis consolantem introducit, Odyss. Δ.

ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλῳ

Ζεὺς ἀγαθόν τε κακόν τε διδοῖ, δύναται γὰρ

ἅπαντα.

Quæ cum ita esse, sine hæsitatione Christiani credimus quis minimum sibi; ab homine vel

Angelo, sine DEI *concessione fieri posse dixerit? Quantumuis magna quidem sit istius Behemoth, nulliq́ in terris æquanda potentia, Iob. 41. nec non tam vehemens nocendi libido, vt, si ea priuetur, pœnam sibi esse ducat; à* DEO *tamen & angelis suis, ne vltra præscriptam metam grassetur, restricta est, & cohibita c. sciscitaris 7. quæst. fin. c. nec mirum 26. quæst. 5. Clem. 1. ibi Card. De pœnis Chrisos. lib. 1. supra Matth. citat.* Saur *cap. 1.* von Hexen, *Molitoris in Dialog.* von Hexen, *&c. cap. 9. 10. Vnde nec minimam calamitatem Iobo, sine speciali* DEI *venia inferre, neq́ vel scropham ingredi potuit. Matth. 8. Marc. 5. Luc. 8. pulchrè Chrisost. De patientia Iob. Homil. 3 atq́ vt Regem Nabuchodonosor in corpore affligat,* DEVS *concedit, in anima prohibet: qui, si sine freno esset, neminem hominum vno momento viuere, vel pacem habere sineret, Peuc. d. Diuinat. gen. Tit.*

Ex quibus resultat, impium & Maiestatis diuinæ læsæ crimen esse, si creaturæ, quod creatoris esse asscribendo, Sathanam, damna, tempestates, grandines, tonitrua, calamitates, incendia, ruinas, naufragia, mutilationes, ægritudines, morbos & mortem, per instrumenta & mancipia sua lamias, nimirum, causare, excitare immittere, res creatas transformare, aliaq́ stupenda

posse

posse statuamus. Canes hoc pacto iracundos imitamur, qui saxum, quo petebantur, morsibus vlciscuntur. Si aduersitatibus premeris, ô Homo, non effascinatæ aniculæ commurmurationes, non eius præceptor & deceptor Diabolus, sed tua te peccata fatigant, quæ DEVM, vt varijs ærumnarum, & infortuniorum modis, ad punitionem trabaris; aut ad vitæ correctionem exciteris, inuitauerunt & commouerunt, itaq; morbo alius perpetuo, ait Chrysost. lib. 1. De prouid. Dei sub fi. alius inopia, alius vi & inuidia premitur.

Neq; Delphicum hæc, sed cœleste præsagit oraculum, quod vt grauiter, ita sæpissima nobis indormientibus inclamat. Si mandata DEI tui præuaricatus fueris, eris maledictus in horreo, in agris, in iumentis, in filijs, &c. scabie & prurigine insanabili, cæcitate & amentia, plagisq;, quæ non scriptæ sunt, percutieris, &c. Deuter. 23. Leuit. 26.

Ea propter DEVS, dat Angelis potestatem nocere terræ, Apocalip. 9. & facit Sathanam vt perdat, destruat, euertat. Esaiæ 54. DEVS inquam, posuit pluuias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum. Et percussit vineas eorum, & contriuit omne lignum & fœnum eorum, Dixit & venit locusta & bruchus, cui non est numerus

Psalm. 120. Propter peccata, clamitant Prophetæ, veniunt siccitates, Leuit. 26. Ioël 1. Amos 4. Agg. 1. & 2. Zachar. 10. In ethnicorum cathedris personat, tàm in Lyceo Aristoteles, quàm in Stoa Zeno & Platonici DEVM *esse, ex quo & per quem omnia.*

πάντα τοῖς θεοῖς τίθει. *ait Iamblich.*

πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς καὶ πάντα νοήσας. *dixit Hesiod.*

Ita quod, præter Marcianitas (qui Diabolo apertè sacrificasse, leguntur, ne ab eo læderentur) nulli ferè fuerint, qui non Iouem vti scelerum vindicem & bonorum ἀλεξίκακον habuerunt & coluerunt.

QVOD ERROR IS DIVINAM MAIESTATEM LÆDAT.

CAP. II.



VOD verò Diabolus, tàm falsam suæ potestatis opinionem, in vulgus olim disseminauerit, exigua sibi messis non fuit. Duobus namq; artificiorum generibus semper oppugnauit DEI *gloriam. Vnum est*

eſt κακοζηλίᾳ ſeu falſa & præſtigiarum fuco, il-
lata diuinarum actionum mutatio. Alterum
eſt, vel doctrinæ diuinitus patefactæ, ſeu rerum
à DEO conditarum, artiumue ex naturæ con-
templatione, aut deſtinato vſu extructarum, ca-
lumnioſa deprauatio. Vtroq; hoc ſtratagemate
DEI honorem, qui ob omnipotentiam ei ſoli &
ſemper debetur, eleuare, eiuſq́; ſe participem fa-
cere conatur; DEI timorem, dum tantarum
ſe virium autorem iactitat, relaxat, & diſſol-
uit. Imò pro vero DEI cultu, meram ſub ido-
lis Δαιμονολατρίαν paulatim ſubſtituit. Neq́;
hæc inter gentiles priſcos ſolùm fœliciter archite-
ctatus eſt; ſed & in ipſo Chriſtianiſmo non ſini-
ſtrè (proh dolor) paſſim inchoauit, paſſim perfe-
cit. Bellè Gundiſ. de hæret. q. 9. n. 8. Hinc
tot Plutonica, anilium ſuſurrorum, tot charecte-
rum, literarum, vocabulorum peregrinorum, lu-
ſtrationum, fumigationum, exorciſmorum, &
ligaturarum remedia (inuentione & confirma-
tione orthodoxæ Eccleſiæ ſaluis) quibus ſe ſuaſq́;
miniſtras Lamias repelli, ligari, vrgeri & cogi
aliquamdiu creditum fuit. Cùm tamen qui-
buſcunq; creaturis ſua ſit, ab omnipotenti DEO,
natura & forma impreſſa, quam nec angeli vel
homines vllis characteribus, aut verborum for-
mulis augere, minuere, vel mutare, ſine læſione
quiuerit c. epiſcopi c. nec mirum 26. q. 5. deciſ.

Parisf. Art. 1. 2. 3. Molitor. von Hexen, *cap. 10. 11. &c. Peuc. de diuinat. Tit. de Magia sub fin. Euuich. de Sagarum natu. part. 1. sub fin.*

Quis nescit, quàm multi hoc temporis sint, quibus si subitus morbus, aut vitium rariusculum ingruat, infans, plus solito, vagiat, palleat, iumentum macrescat, pecus emoriatur, grando segetem prosternat, aut simile accidat, non dextra DEI *se, cum Iobo tactos, sed fascinum fuisse, dicant: anum quandam in suspicionem rapiant; diuinatores & sortilegos in consilium atq; auxilium vocent, & hæc contra seueram prohibitionem* DEI *omnia.*

ERROR IDEM, QVI PROXIMVM LÆDAT.

CAP. III.



OTENTIÆ *proinde Diuinæ honore & metu violato, ac vilescente; vt consequenter proximus lædatur, vti μυριοτέχνης iste molitus est, ita non raro consumauit. Posteaquam conuersationem politicam, concordiam & charitatē mutuam ita non solùm extinguat, sed & earum loco perpetuas auersiones, vilipendia, inimicitias & rancorem accendat.*

dat, imò accusationes capitales, fortunarum & sanguinis, honoris, & vitæ naufragia sæpenumerò causet.

QVOMODO IPSVM OPINATOREM ERROR *I*STE *L*ÆDAT.

*C*AP. *IIII.*



ORRÒ *falsa hæc de Sathanæ viribus opinio, non* DEVM, *non proximum læsisse contenta, eum ipsum opinatorem altiori sauciat vulnere, quod non fortunarum, non vitæ vel honoris, sed ipsius interdum beatitudinis, siue æternæ salutis sanatur dispendio: Dum etenim licitis & concessis remedijs posthabitis, à sortilegis ac diuinatoribus adeoq; à Magis sæpius ipsis, solatium atq; antidotum quærit, diuinæ se indignationi ac perpetuæ damnationi (ni resipiscat) exponit, Deutr. 18. Leuit. 20. Nec minus peccatum, sed & sacrilegium sæpè est, à sortilegis ad maleficia pellenda remedium quærere, quàm ipsum sortilegium exercere, Tex. in c. illos 26. quæst. 1. c. non liceat c. scelus, c. non oportet cum seqq. 26. q. 5. Sortilegos autem, eosq; consulentes & maleficos, vt vna pagina comprehendit, ita eadem censura expectat, Leuit. 19. 20.*

Ideoq;

Ideoq; mortem homini Christiano obeundam potius, quam vitam ligaturis redimendam esse, cum hoc pacto, si corpus sanetur, semper animæ vulnus infligatur, ait Chrisosto. Homil. 8. c. fin. de frigid. & malef. DEVS etenim fortis zelotes est, Exod. 20. neq; alibi, quam apud se auxilium quæri præcipit, c. admoneant 26. q. 7. Girl. de Sortil. q. 6. n. 20. & ç. Præter dicta hæc testimonia & exemplorum sylua suppetit. Abimelech & domus eius, precibus Abrahæ sanati sunt, Genes. 20. c. si per sortiarias 33. q. 1. Laudat Chrisostomus Cananeam, quæ contra Diaboli insultus magos non vocauerit, alligaturas non quæsiuerit, impostatrices mulieres non adduxerit, quæ demones inuocare & incantationibus suis, (ait) vulnus augere solent, Homil. 12.

Cyprianus, cùm virginem nobilem Iustinam magicis artibus de stupro solicitasset, & illa DEI opem, vt virginitatem conseruaret, implorasset, non tantum præseruata fuit, sed & eo ipso Cyprianum ad Christianismum conuertit, Nazianz. Homil. 19. de S. Cypr. Molitor d. dial. in fine. Neq; cassis ea omnia sunt rationibus: Quandoquidem Magicæ calamitates nunquam, nisi occulto, sed semper iusto DEI iudicio permittente, fiant. Tex. d. c. si per sortiarias; & tàm scientia quàm potestas magicarum artium, à Deo

à Deo detur, vel ad fallendum fallaces, vel ad monendum fideles, vel ad probandum iustorum patientiam, verba Augustini lib. 3. de Trin. citat, Lombard. Sentent. cap. 7. lib. 2. lit. F. Lerche. in bedencken von Hexen fol. 1. eiusq; velle cuius & nolle est. Quid impurissimum ganeonem, & vilissimum DEI carnificem flagitamus, quod in Imperatoris seu solius ἀρχιβασιλέως manu consistit? cur obrepit instrumenti; & artificis sepelitur memoria? Quid ipsum DEVM prætergredimur, eiusq; hosti ἀσπόνδῳ Diabolo, & Sagis suis abblandimur & supplicamus? Verùm ea, dicis, quibus perficiuntur ex sacris exhausta sunt literis.

Respond.

Sacrosanctas literas & veræ Ecclesiæ ordinationes per se in dubium vocare, cuivis pio piaculum existimabitur. Sed igne quid vtilius, si quis tamen vrere tecta comparet audaces instruit ille manus. Nullius vsus rei adeò nobilis est, quin per abusum violari queat. Tremendum illud IEHOVÆ nomen, si cassis causis; ipsa DEI oracula, si in inordinatum & indebitum finem, vsurpentur, in prioris Decalogi partis membrum NON ASSVMES nomen DEI in vanum, impingitur. Non sacra duntaxat, sed & prophana actionum nostrarum exercitia,

ad

ad omnipotentis DEI laudem dirigentur. Quod non solùm non fieri ex superioribus patuit, sed & actum istum peiorem & execrabiliorem esse, quô plura ei miscentur bona, ait Arlesius in tract. de superst. Trittem. tract. de reprobis.

Nec id de supremis solum, verùm etiam de medijs & ἀδιαφόροις dici debebit. Vnum ex multis iumentis maleficiatis (vt dicitur) pedibus sursum versis suspensum cæteris profuit. Id quis ex vulgo nociuum æstimasset? Sed aliud hic nihil venatus est Diabolus (ait Bodinus) quàm quod detestanda hac idolatria placaretur. Sanctus Hilarius Dæmoni, exitum ex obsesso, promittenti, si Laminam quandam sub limine Dæmoniacæ à proco defossam, auferret, exiguo hoc gratificari noluit, sed inceptis precibus inuitum abegit, testis Chrysost. in vita Hilarij.

Huius fecis innumera ludificator iste, quibus à rudibus titillatur, disseminauit, veluti de cremandis maleficiatæ pecudis extis; de suspecta malefica per DEVM ter roganda, aut liberaliter fustibus cædenda: de pecudis vnius cauda humanda (quæ superstitio non ita pridem ipsi facienti carcerem, desperationem, & voluntarium suspendium, forsan innocenti, peperit) de re quapiam ex suspectæ domicilio auferen-

ferenda; alijsq; id genus reliquis, quorum oblivio seu ignorantia homini Christiano vt optanda, ita vtilissima foret. Non obstat, quod maleficia interdum hoc pacto pellantur, eo namq; pacto, dum quis damnum propellere satagit, aliud duplici fœnore reportat, c. qui sine saluatore 26. quæst. 5.

QVAM IPSIS LAMIIS ERROR HIC NOCIVVS SIT.

CAP. V.

DEMVM, DEO per opinionem hanc ad iracundiam prouocato amore, fama, vel vita proximi violato: fœlicitatis aut salutis propriæ facto naufragio: temporali insuper & perpetuo Sathan misellas Lamias mulctat infortunio. Tanta namq; istius Abaddon & homicidæ est ἐπιχαιρεκακία, tam indefessum & Lernæum quotidiè Phœnicis instar repullulans nocendi est studium, vt æterno prædarum suarum interitu non satietur, sed & earundem morte crudelissima, fune, flammis & fauillis ignominiosissimis oblectetur, postereosq; indelebili quasi infamiæ stigmate, ex quo non raro cædes, desperationes, aliaq; mala germinant, sugillet &

deni-

denigret. Quæ res illi non adeò fœliciter ſub manum ſuccederet, ſi apoſtaſia hæc animi ſolùm terminis cohiberetur: cùm acriores ſimus bonorum noſtrorum, quam DEI nominis & honoris propugnatores.

Sed ſupremam omnium calamitatem Lamijs ipſis infligi dictum eſt, eaq́ namq́ dum tantas ſui præceptoris Diaboli vires cernunt, tantam eius erga ſe ſollicitudinem amorem & ſtudium admirantur: dum tot gaudijs & promiſſionibus ſub ſenſum lapſis titillantur; ad indiſſolubilem ſui fœdoris pertinaciam excitantur, animantur, & inflammantur: adeò vt rerum cœleſtium ceu phantaſticarum nugatoriarum ac incertarum cogitatione poſtpoſita, ſui emendationem vt plurimum aut auerſentur, aut mentiantur, maioremq́ ſui crudelitate meſſem Diabolo faciant. Quis namq́ bimorum infantulorum neſcit, id, quod morientibus alibi Lamijs vti Euangelizantibus creditum fuit, perplurimis eheu innocentibus honoris & vitæ peperiſſe diſpendium?

DE OBIECTIONVM QVARVNDAM REFVTATIONIBVS.

CAP. VI.

Ex



X quibus cum relinquatur, errorem hunc impietatis & detrimenti irreparabilis exuberantissimum esse, sequitur, vt de eius causis, earumq; refutationibus percurratur, Et primùm aiunt. Quod Lamiæ vim generatiuam impedire, membra auferre, pueros strigare, claudos, mutos, & cœcos facere, imò mortem ipsam inferre possint, multorum autoritatibus, & experientijs didicitum esse. Respond.

Negari non potest DEI angelum Thobiam docuisse, quod Dæmon in filios libidinis potestatem acceperit, vnde dubium non est, DEVM multa, præcipuè circa hunc actum contra libidinosos, atq; interdum contra pios ad probationem constantiæ, Diabolo concedere, vt & arte præstigia membra auferre, infantibus etiam baptizatis, insultare. August. de ciuit. Dei. lib. 21. cap. 28. Hieron. ad Paul. de Somn. Brisil. c. sacerdotes, de cons. dist. 4. &c.

Sed quod omnia hæc & similia DEI permissione fiant, ex præmissorum fundamento nemo negauerit, & proindè hæc non lamijs, sed ipsi Diabolo ac diuinæ concessioni, & præcipuè peccatis nostris asscribenda erunt, August. in Psalm. 3.

Patientissimus ille Iob post tot à Dæmone acceptas clades & plagas, non Sagam non Diabolum queritur. Sed manus, ait, Domini, tetigit me, DEVS dedit, DEVS abstulit, &c. vti citat D. Augustin. in Psalm. 90.

Quod autem Sathan multa horum non per se, sed lamiarum opera efficere satagat, non id causæ est, quod ea sibi ad suum ministerium sit necessaria. Sed vt DEVM ad maiorem iracundiam irritet, & ad seuiorem vltionem contra genus humanum prouocet: damno affectas ad earum odium & accusationem instiget; illas ipsas confirmet: & innoxios hoc medio in extrema capitis & honoris pericula conijciat. vt & sup. tactum Wier. de lamijs cap. 16. &c.

Quomodo autem impostor iste non tantum hominum oculis, sed & tactibus adeoq; sensibus omnibus imponere possit, vt hoc pro illo, illud pro nullo, nihil pro aliquo esse existimant, vberior olim campus, de falsa repræsentatione Diaboli, cum admiratione τοῦ θεοῦ συγχωροῦντος demonstrabit.

Secundò proiectis in aëra lapillis fusaq; in scrobem aqua seu lotio, defossis sub limen serpentibus, pilis, plumis, alijsq; reculis grandines, imbres, morbosùe procreari, quemadmodum antea minatæ seu pollicitæ fuerant, videmus & ex-

& experimur. Neq; effectus ij sine causis istis prauijs secuturi videntur. Respond. Veluti D E V S *omnipotens suis miraculis & virtutibus vt plurimum gestus externaq; signa adhibuit, quibus sine tamen ea omnia perficere potuisset: Ita eius Simia Sathanas, nulla necessitate alia, quàm quòd* D E V S *magis offendatur, sua mancipia melius seducat, obfirmet, & mendacia sua nitidius palliet, suis etiam præstigijs certa quædam parerga subijcit, quæ nihil aliud quam* λόγοι, *verba sunt & voces, vt omnes, qui hac de re scripsere, adeoq; refractarius alioqui Bodinus fatentur.* Δαιμονομ. *lib. 2. cap. 6. in princ. & cap. 8. item lib. 3. cap. 5.*

Sed minas earum sæpius effectum sortiri obiectum est. Respond.

De veneficis aut ijs, qui venena propinant alicui, quos Magos propriè Wier. *appellat, hîc disputatio non est. Sed de ijs, qui carmine, afflatu aut alijs* παιγνίοις *nocumenta parturiunt, quorum vim omninò nullam, sed merum Diaboli ludibrium esse ipsi demum ethnici intellexerunt, quod Homerus, dum Mercurium suo Vlissi herbam Molij, contra* Circes *veneficia monstrare introducit, significat Odyss.* K. *Horatius, item. Somnia (ait) terrores magicos, miracula, Sagas nocturnos, lemures, portentaq; Thessala, risu.*

Excipio, &c. Rudis hoc credebat antiquitas, testatur Seneca, attrahi nubes cantibus & repelli, quorum nihil posse fieri, iam palàm est Disput. Rostoch. de Magis Thes. 66. quod Ouidiana ista venefica gloriata fuit. Et syluas, inquit, moueo, facioq; tremiscere montes. Et mugire solum, manes exire sepulchris.

Cuius rei causa Romani suos Statores, Feretrios, Tonantes, Elicium quoq; Iouem, quem vocatum ciëre fulmina credebant, aliosq́; coluerunt. Quid enim credere stultius est, quàm elementorum, syderum, rerumq́; ordinem à Deo illis inditum, à Diabolo imò ab anilibus mussitationibus inuerti, moueri, impediri? Fabulæ. Sed, vbi hanc vel illam calamitatem, morbum, seu damnum alicui inferre à DEO vel iussus est vel impetrauit accusator iste inquietissimus: siue etiam vbi ex naturalibus causis, tempestatem, ægritudinem alicuius mortemùe præuidit, ministros suos magos aut lamias, an talia excitare velint, percontatur, Re secuta, præceptorem laudant, artificium mirantur. Sagarum verò interpellatio si præcesserit, Diabolus, vt id DEVM roget, necesse est. Qui si ex iusto suo iudicio aut misericordia neget. Sathan interim ne in autoritatis & existimationis suæ cadat vilipendium, lamijs, nihilominus, se id effectum daturum, simulat. Spe frustratas, quasi

præce-

præceptum perperam executæ ſint, nunc obiurgatur, ſæpè verberibus mulctat, non ſecus vti veterum aruſpices deluſos graphicè ſcripſit Peuc. de diuinat. cap. de augurijs in fin. Quæ ratio facit, quod conatus Lamiarum interdum irritos fuiſſe conquerantur, c. ſciendum 26. q. 4. Wier. *de lamijs cap. 15. Roſtoch. diſp. Theſ. 63. & ſeqq. Bodinus lib. 2. cap. 8.*

Quartò nondum quibuſdam ſatisfactum videtur, cum enim animalia imperfecta condere in ſua manu Sathan habere dicatur, veluti mures, angues, lacertas, &c. Spreng. in mall. part. 2. cap. 8. Quouis tempore ſuis gratificari poſſe videtur. Reſpond. Sprengerum, vt quædam probabilia, ita non pauca ex Sagarum officina, proprioq́ꝫ cerebro anilia & falſiſſima depromſiſſe cernimus: Quamuis enim animalcula quædam ex putredine naſcantur, nullum tamen ſub ſole tam exiguum, quod DEO *creatori vitam ſuam acceptam non ferat. Quare hæc Sprengeri opinio ex reliquijs Manicheorum promanauit, teſte Bodino lib. 1. cap. 1. Opt.* Wier. *De lamijs cap. 1.*

Verùm effaſcinatos ea interdum egerere videmus. Reſpond. Quod effaſcinatis talia, vt & ſetas, ſubulas, glomera, annulos, &c. extorqueri putemus, certiſſimum eſt, id Sathanæ præ-

ſtigio fieri: Si namq́; in circulatoribus ob manum agilitatem ſeu χειροσοφίαν plurima quaſi ὑπερφυσικα miremur, quid de eo, qui oculos, auditum, tactum, ſenſusq́; omnes effaſcinare, & in ipſa excreatione, egeſtione, ſeu euomitione ſpecies has celerrimè ſubijcere poteſt, dicemus? Viues ad Auguſt. de ciuit. DEI lib. 10. cap. 16. Thomas par. 1. quæſt. 114. Art. 4. Girl. de Sortil. quæſt. 7. n. 10. Diſput. Roſt. Theſ. 21. Sed & quod verſicolores vermes, ſerpentes, muſcæ, lumbrici, ſcarabæi, aliaq́; animalia, atq́; adeò nonnunquam quaſi tenuium funiculorum quidam globi in ventre, vel alia parte corporis, tum hominum tum iumentorum naturalibus ex cauſis generari & excerni poſſint, egregiè decidit ſuper eadem quæſtione noſtra conſultus Doctiſſimus & clariſſimus vir D. Gerhardus Martellus § Reipub. Monaſt. VVeſtph. Medicus, cuius verba αὐτολέξει tranſcribere lubet.

Vermium nomine apud Medicos tàm Arabas, tùm Græcos tùm Latinos & veteres & recentiores cenſentur, quæuis animalia in corpore generata, per corruptionem & putredinem, in qua natura id quod benignius calore viuifico, tanquam opifice transformat in animal, qualecunq́; poſſit effingi, vt Ariſtoteles

docet

docet in Meteoris. Idq; cum in alijs partibus corporis internis vel externis, vt oculis, auribus, dentibus, natibus, & vniuersa cute, tum maximè in intestinis & ventris capacioribus locis, vt stomacho, vtere, vesica.

Nonnunquam & in vlceribus. Ac licet idem, Aristot. negare videatur, in stomacho id fieri: tamen communis Medicorum sententia & quotidiana experientia attestatur, non solùm in stomacho, sed in singulis alijs partibus, quibusuis posse creari vermes, in quibus apostemata & vlcera & materiæ vllo modo putrefactæ locum habent, sicut Rhases in continente latissimè docet. Quamuis nonulli ex Hypocratis quarto de morbis, ab vtero vermium seminaria accipi volunt, generari enim tunc in vtero matris, quoniam tum fœtus, non expurgatur à fece. Non apparere autem, nisi cum per putrem quandam materiam apta capit alimenta & incrementa. Sed longius fortasse petitum hoc est principium: Sunt autem in vermium, vt variæ & admirabiles formæ, ita etiam sæuissimi & vulgi captum excedentes effectus in ijs animalibus, quorum corpora occupant. Refert primarius Medicus Papiensis Matthæus D. Gradibus in 3. Tract. commentariorum in nouum

ad almanſorem cap. 19. citatq́; alium Medicum oculatum teſtem in oppidulo Laudenſi Ducatus Mediolanenſis, expulſum ab homine vermem, qui videbatur longitudine duodecim brachiorum. Cui incluſæ apparebant partes eminentes rotundæ, vt in cucurbitis videre eſt. Fuiſſe autem reuera folliculum prælongum, continentem aſcarites ſiue cucurbitinos dictos vermes, per ſe quidem ſeperatos, ſed qui connexione in ſuo quodam panniculo conſtituerent, vermem tantæ longitudinis. Guilhelmus Rondolius Monſpeſſulanus primarius Profeſſor & Medicus regius longiores ipſis inteſtinis quoſdam exiſtere ait: cum inteſtinorum longitudo Plinio & Veſalio teſtibus quatuordecim vlnas ſæpè æquet. Septem pedum longitudine viſus eſt nobis in hac vrbe vermis, ante quatuor annos reiectus, ab vxore fabri platea Ægidiana, qui figura ſua caudam Scorpionis referebat, colore candido, adeoq́; ſæua ſymptomata excitauerat, antequam excerneretur, vt maritus ſuſpicatus, ipſam peſte correptam, Exhibuerat illi noſtrum quoddam antidotum: poſt cuius aſſumptionem poſt quatuor ferè horas vermem iſtum excreuit, & ſanitati illicò reſtituta eſt. Atq́; ſicut longitudine, ita etiam figuris admodum variant. Fernelius Medicus Pariſienſis regius lib. 5. De partium morbis & ſymptomatis cap. 7. ſcribit, in quodam milite, qui

qui resimis erat naribus & fœdiore quodam colluuie diutiùs cohibita, vermes duos villosos instar digiti illic genitos inuentosq́, esse, qui tandem in furorem illum adegerunt, febreq́ non admodum manifesta de medio sustulerunt, die circiter vigesimo. Auicenna sexta tertij tractatu 5. non vermes solùm, sed & muscas & similia animalia in corpore nasci scribit, additis varijs modis & causis eiusdem generationis. Scribit idem alio loco, propter vermes & serpentes, nonnunquam epilepsiam aliquando colicam, interdum famem caninam, item syncopen cordis tremorem, conuulsionem, deniq́ subitam mortem consequi, prout videlicet ab ijs noxa vel cordi vel stomacho, vel cerebro communicatur. Et, (autore Rhase) quæcunq́ accidentia siue symptomata venenum assumptum corpori inferre solet, eadem vermium præsentiam comitantur. Atq́ iccircò, quæcunq́ remedia, à Medicis contra haustum venenum vsurpantur, eadem & contra vermes valent. Bernardus Gordonius celeberrimus olim Professor Monspessulanus, qui circa annum Domini 1305. summa cum laude in Gallijs medicinam factitauit, in suo medicinæ lilio Tract. de passionib. intestinorum particula 5. cap. 20. scribit vermes, serpentes, pediculos & scarabæos generari ex pusredine in humano corpore, non secus, atqui in maiore hoc mundo

eijci etiam aliquando per nares & os & inferiora. Imò in defectu alimenti et maximè in biliosis corporibus, interdum perforare intestina, & ita exire atq; insequi terribilia accidentia. Itidem paulò ante citatus Rhases grauissimus author, attestatur profluuium sanguinis lethale à vermibus oriri posse, Vulneratione inducta intestinis ab eorum morsu: Iacobus Hollarius recens & præclarus Parisiensis med. lib. 1. De morbis internis cap. 54. commemorat, se vidisse puellam Parisijs in laterna ad portas D. Iacobi decumbentem, quæ album vermem latum, palmo maiorem satis crassum reiecit per nares, nulla tussi, nullo vomitu antecedente.

Actuarius summus physicus & medicus, lib. 1. de Methodo medendi cap. 21. Vermium (inquit) alij maiores, alij minores, alij subalbi, alij subrubei sunt. Nonnunquam item, priusquam in animal probè efformati fuerint, atq; à se inuicem seiuncti non secus, quàm tenuium funiculorum quidam globi excernuntur. Et paulò post. Tinea vna lata in intestinis gignitur, cùm lentus & leuiter calidus humor internæ intestinorum superficiei illinitur, qui à calore quopiam in animal formatur. Hæc quandoq; in plura intestina porrigitur, interdum etiam per tota permeat, onus, humoremq;

ventri

ventri quendam concilians, & quicquid in ventriculum immittitur edulij, promptè absorbens. Porrò ea nonnunquam in aceruum ceu glomus contracta, perpetua quadam continuitate, cohærens excernitur, interdum in cubitales & maiores minoresq; portiones dissecatur. Atq; hæc adeò molesta fera, si semel tota fuerit eiecta, haud quaquàm sanè denuò imposterum gignitur. Reliquæ verò quæ plures sunt, propemodum & in omnibus & perpetuò generantur. Eiusmodi Tineam vocatam Arelatæ vidisse se ait F. Valeriola, longitudine nouem pedum. Cuius vir ille Doctissimus in suis obseruat. copiosè meminit, & quæ ad eius generationem intelligendam pertinent, accuratè docuit. Hæc si in humanis corporibus contingunt, certè longè maiorem in iumentorum capacissimis & voracissimis ventribus locum habent.

Taceo, quod ea sæpè aquas impurissimas, fimo alijsq; putrilaginibus, imò & Ranarum aliorumq; reptilium semine refertas affatim hauriunt. Placet itaque tot præclarorum virorum autoribus exemplis & rationibus, propositionem nostram tantùm habere veritatis, vt meritò credulis quibusdam ex imperito harum rerum vulgo testibus sinistro iudicio præoccupa-

cupa-

cupatis, non tam integra ſit fides adhibenda. Sed alia etiam ſimul inquirenda in maleficarum deteſtando crimine, quibus fortè cum natura, & eius autore Opt. Max. pugnare videantur. Quæ quidem partim Theologis partim Iuriſperitis indagando committo. Hæc Martellus vide. Wier. *lib. 3. de præſtig. cap. 7. 8. 10. 11. De lamijs cap. 17. & 13.*

Rurſus Antagoniſtæ inſtant. Cùm *diuinatores & malefici non ſolùm iure Diuino* Canonico *&* Ciuili *occidi iubeantur, ſed & ethnicis ipſis ſemper odibiles fuerint, quorum hi eos beſtijs obijciendos, illi viuos exurendos, exilio mulctandos ſtatuerunt, Iul. Paul. recept. ſent. lib. 5. Tit. de ſicarijs, veriſimile prorſus eſt, eos ex mente 12. Tab. de reb. priu. tit. 11. de iniurijs alijsq́ delictis: fruges excantare, innocentium ſalutem petere, L. multi* C. *de malefic. aliaq́ mala perpetrare poſſe. Reſpond.*

Non inficior veteres 12. tab. conditores, vt & I.Ctum Paulum aliosq́ ethnicos in tanta ſacrarum literarum ignorantia Dæmonum præſtigijs, quibus immerſi & ſuffocati fuerunt, plurima tribuiſſe, quæ omnia à Diabolo in ſui admirationem, & in Dei contumeliam fabricata, polita, & diſtracta eſſe, dictum eſt ſuperius. Neq́ adeò mirandum, ſi ſub priſcis, ſcriptarum legum

archi-

architectis hoc tum errore detentis, gentilismi vestigia remanserint, aut reliquiæ irrepserint.

Præter hæc omnia, si iura super ijs scripta penitius introspiciantur, subdubitari poterit, an ea de Lamijs nostris edixerint. De magis diuinatoribus & sortilegis biblia loquuntur, eosq; notare certum est, qui vel veneno vel certa verborum arte seu carmine damna dare putabantur. Quam formam Diabolum in finem supra dictum, primitus suggessisse, docuisse, & adiuuisse, plurimosq; hypodidascalos peperisse certissimum est, vt Hiarcham apud Chaldæos; Zamolxidem, apud Thraces, Hermetem apud Ægyptios; Numam apud Romanos, plurimosq; qui integra, hac de scientia, seu, vt rectius impostura, scripserunt opera; Euantes Arabum rex Zabulus, Barnabas Cyprius, & qui hodiè adhuc effictis, Adæ, Abelis, Enoch, Abrahæ, Salomonis, aut sub indubitatis circumferuntur titulis, vt de occulta philosophia Agrippæ, quem fusius vide de vanitat. scient. cap. 45.

Ad id genus hominum omnes, quæ de maleficis leges rogatæ sunt (excepta constitutione Carolina) collimare videntur. Nam libros magicæ Artis apud se neminem habere licet. Item magicæ Artis conscij summo supplicio affici, placet, ait Paul. d. Tit. 22. & simile de Diuina-

toribus

*toribus cap. præced. in fin. statut. Imperator quoq; Constantinus neo Christianus, eorum (inquit) scientia est punienda, qui magicis accinctæ Artibus contra salutem hominis moliuntur, L. 4. Similiter multi magicis Artibus vsi elementa turbare non dubitant, l. multi. hinc Arcad. & Theodos. aa. Si quis reum maleficæ Artis oppresserit, aiunt, L. fin. C. de malef. & mathem. Quapropter Valens & Valent aa. culpam similem esse, prohibita docere & discere dixerunt, L. per. C. d. t. Accedit, quòd non tantum Statius & latini, Magiam, A*RTEM *atraciam vocent, sed & vernacula lingua eam nominamus* die schwartze Kunst. *Non quidem ab atro Atracia, sed ab Atrace, qui eam primus in Thessalia tradidisse scribitur, Beroald. in Apul. de aur. ass. nuncupata.*

Quomodo eandem & annos aliquot Diabolus ipse apertè professus dicitur, in arce quadam Lutetiæ Parisiorum vicina quam etiamnum, cum rei gestæ fama publica extare, meæ mihi testantur aures & oculi. Sed hic artem quis dixerit, quæ nullis certis præceptis aut regulis, nullo certo fine & euentu constat, discitur vel docetur?

Deploranda ars est, quæ non ingenij perspica-

ſpicacia, acrimonio, mentis aut manuum, pedum, membrorumue adminiculis; ſed animi abiectione, ægritudine & vitio perficitur. Quis dubitat circum rugientem Leonem protinus adeſſe, ſi vnico tantùm vocetur aut rogetur verbulo? De Lamiarum itaq; arte & Diaboli doctrina, quod dicitur, nihil eſt, niſi quod hæc impoſtura, illa phantaſmata ſint, & nugæ inſulſiſſimæ. Qua de re latius in VViero. de lamiis experientiæ multiiugæ, eruditionis exactiſſimæ, & ingenij perſpicaciſſimi, Clariſſimus vir D. Amandus Rudenſcheidt Cliuus, I. V. D. & Cameræ Imperialis Spirenſis Aduocatus, &c. digniſſimus cap. 22. videri poterit.

CAPVT VII.



VAMVIS autem hæc ita ſint, ſyncere Lector, nemo tamen ſibi aut aliis perſuaſerit, Lamias, eò quòd conatus earum phantaſtici ſint, & irriti, meritis pœnis eſſe ſubtrahendas. Non enim id Chriſtiani piiue iudicis, ſed DEI contemptoris foret. Imò dico & repeto, veras Lamias aut Sagas vti Maieſtatis diuinæ hoſtes, vltimo ſupplicio, ferro, & flammis extirpandas, tum

quod

quod Baptismati, Christianitati, DEOq; renunciant, & Diabolo se dedant: tum quod solus conatus in crimine læsæ Maiestatis humanæ, ne dum diuinæ, ordinaria pœna coërceatur L. quisquis in princ. C ad leg. Iul. Maiest quod commune est Angel. in l. 1. § fin ff. quod quisq; iuris, &c. Hippol. L 3. in princ. n. 2. ff. ad leg. Cornel. de sicar. Clarus lib. 5. sentent. § fin. q. 92. &c.

Ita vt tam stultum. An Lamiæ sint? quàm an vltimo subdi debeant supplicio? Absurdum sit dubitare. Sed quæ lamiæ, & quo pacto detegendæ sint, quæstionis cardo est. Vbi si diuinatoribus, carnificibus: aut etiam pellionibus, pistoribus, alijsue indoctis erudiendum te subieceris, quid aliud tibi, quàm ex vno Bodino occinent (in cuius fecem, quod D. Samuel Meier, Parrochus vir alioqui ingenuus & edoctus, inciderit, animumq; suum tot tamq; grauium doctorumq; virorum institutionibus & exemplis imbutum, leui demum Gallo plus æquo repastinandum præbuerit, dolendum) Sagarum puellas ait *lib. 4. cap. 1.* Bodinus oportet comprehendi. Veneficij indicium, non lachrimari, oculos humi defigere. Nihil fatentibus mutandæ vestes, & pilus omnis abradendus, si aliquid probationis fuerit adhibendus equuleus, *&c.* Item cap. 2. eodem,

dem, hæc antiquata eſt regula, quod ni integra & clara extet probatio reus ſit abſoluendus. Præſumptiones hîc ſufficiunt ad quaslibet pœnas excepta morte: vnus teſtis ſufficit ad torturam: Socij hîc ſufficienter probant ad damnationem Rei: In hoc crimine teſtis periurus admittitur. In hoc crimine nihil eſt religioſe hærere quemquam regulis ordinarijs procedendi, aut refellendorum teſtium. Imò in fine ait, De hoc crimine non ſecundum ius cognoſcitur, & ſuper omnia, cap. 4. eodem libro. Ius diuinum & humanum planè peruertit, ſi quis in hoc crimine ordinem iuris & forenſes formulas obſeruet, *&c. En cruentiſſimam Melochiani carnificis lanienam; en nobiliſſimum Sathanæ emporium; en ineuitabiles omnis innocentiæ ſcopulos: In tantum tyrannidis Rex Phalaris aut Nero progreſſi vix videntur, vt ordini iuris ex profeſſo renunciauerint. Sed vndè hæ lachrimæ? Quid eò cecitatis hominem alioqui non indoctum ſeduxit? Nihil aliud certè, quàm ſua ex confeſſionibus Lamiarum exſorbta credulitas. Non diffiteor probationem liquidiſſimam propriam confeſſionem eſſe. At velis verſis non ignoro, primùm quod confeſſio ea ſit inefficax, quæ iure non permittente emanauit, fa. L. 4. § condemnatum ff.*

 de re

de re iud. L. non putauit § non quæuis ff. d. contra tab. Deinde quod erronea confessio nullius sit momenti L. error L. cum post. C. de iure & fact. ign. L. de ætate § fin. ff. ad interrogat. actio. & quod in criminalib. soli confessioni rei non stetur. Bald. Ang. dd. l. 1. C. de confess. Præsertim hîc vbi ipsæ confitentes cùm illusæ sint, quid aliud, nisi ludibria fateri habent? nam destructo Antecedente, ex quo consequens pendet, & id destrui necesse est, l. apud Antiquos C. de furtis. Latius Ponzinibi. d. lamijs n. 52. Molitoris in Dial. 1. Eunich. de Saga. natur. parte. 2. in princ. disputat. Rostoch. thesi 57.

Imò sunt, qui confessionib. Lamiarum, non solùm contra se, sed & contra alias personas etiam famæ & vitæ integerrimæ fidem adeò indubitatam habeant, vt si quæ quod in nocturnis suis, vt aiunt choræis visa sit, à tribus quatuorùe deferatur, continuò ad carcerem abripiatur, torqueatur, retorqueatur, nec confessa aut inconstans, tertiò, quartò, horreat mens dicere vlterius flagelletur, flammis vstuletur, fidibus distendatur, et discerpatur (cætera quidam norunt) tantisper, dum aut se Sagam confiteatur, aut mussitando, vti truncus, comburatur, O falsidicum Diaboli consistorium: ô subditi miserabiles: ô Magistratus miserrimi: ô tremendum IEHOVÆ tribunal & iudicium. Quid cedo potius tribus, viginti

ginti aut pluribus: quam vni credis? Nonnè eiusdem pædagogi discipuli? Nonnè idem vnius Magistri organum? nonnè tam centum suorum mancipiorum sensus (in sua quippe re quilibet moderator & arbiter L. in re mandata C. mandati) quàm vnum impostor iste effascinare potens? Vltra triginta ad manum essent argumenta, quibus infallibiliter Sagarum delationib. hoc pacto non posse atq; non debere credi, conuincerem, sed ea, vti ante hac in celeberrimo Spirensi Sacræ Cæs. Maiest. consistorio, grossum quoddam propugnaculum obruerunt, ita quibusdam adhuc aggeribus reseruantur. Ah quam tranquillè viuerent innocentes, & quam iustè sontes euellerentur. I. Si ad ius scriptum & Carolinam totiusq; Imperij Romani ordinationem collimaretur. II. Si informationes extraiudiciales in scriptis præcederent. Caualca. Decis. 5. n. 24. & decis. 6. n. 18. decis. 11. n. 43.

III. Si (posito sed neutiquam dato) quod Sagæ vti sociæ criminis audiri possent, si adhuc tum legitima procederet diffamatio, sine qua socij delatio nihil valet Salyc. L. fi. ff. de quæst. Card. Clem vt clericorum n. 18. de offic. ordin. & quotidiè sic practicari dicit Hippol. & DD. in l. § diuus ff. de quæst. & sing. 209. Bossius, &c. Nam bona fama facit, quod socij dictum non faciat indicium. Carer. in pract. fol. 14. Gram. cons. 21. & consil. 68. adeò, vt neq; inquisitio inchoari possit,

 c. qua-

c. qualiter 24. c. Inquisitionis § tertiæ § quæsiuisti de accusat. c. DEVS omnipotens 2. q. 1. c. licet Helij de Simon, Fulgos consil. 153. col. 2. sed totus Inquisitionis ordo corruat. Innoc. c. veniens de testibus, Andr. post Hostiens. d. c. qualiter & ibi Innoc. n. 3. Quod etiam in exceptis procedit Tex. & gloss. c. in primis § pe. verb. crimine 2. q. 1. Gloss. c. 1. verb. Quod autem 6. q. 1. L. famosi ff. ad leg. Iul. Maiest. Scurpff. consil. 90. cent. 2. n. 2. Alex. cons. 89. lib. 3. Gramm. consil. 21. & cons. 68. n. 17. Maran. Spec. Part. 6. de Inquisit. n. 23. Imò licet inculpatus esset malæ famæ & conditionis, non tamen ob id torqueri posset Gramm. decis. 28. n. 16. per Guidonem Gand. Isern. Quamuis etiam inculpantes essent plurimi socij Gram. ibidem per Alexandr. cons. 89. lib. 3. & consil. 172. & L. repeti § is qui ff. de quæst. Raphaël cons. 1. & ç. Vnde dicit ibi Grammat. Quod vnus integer testis, plus potest quàm multi socij, quia ille torturam interdum causare potest, hi minimè. secundum Iserniam Bernardi in addit. ad Ang. Tract. malef. Rub. 1. n. 22. per Albericum. Oldrad. Alex. Cahlr. Hippol. cons. 128. n. 33. vol. 2. Crauet. consil. 99. n. 11. Parte 1. & consil. 275. n. 12. Part. n. VVesenb. cons. 98. n. 23. part. 2.

IIII. Si iusta diffamatio præcedens legitimè probaretur.

V. Si

V. Si torquendo demum copia indiciorum daretur, ad faciendam contra ea defensionem, Tex. & gloss. L. vnius § cogniturum ff. de quæst. L. 2. C. de exhib. reis Bart. L. fin. n. 8. ff. de quæst. Bald. L. 2. C. de edendo Angel. Tract. malef. vers. fama publ. vers. & sic benè nota n. 7. Ias. L. is apud quem C. de edendo. Alex. cons. 65. vol. 1. n. r. Gand. Tit. vtrum torquendo dan. sit, &c. Hippol. cons. 12. n. 6. vol. 1. Ferrar. Pract. in forma Inquisit. n. 19. Blanc. de Indicijs cap. 1. n. 24. Ruin. cons. 7. n. 11. vol. 5. Carer. pract. fol. 87. n. 12. & fol. 91. n. 7. Id commune esse dicit Ripa. L. 2. n. 8. C. de edendo. Iul. Clar. § fin. q. 49. n. 3. & fieri debet, etiamsi crimen esset notorium, idq; camera obseruat. Geil. de pace pub. lib. 2. cap. 7. n. 10. per clar. Bossium, &c. & notandum ait Bertach. in Repert. verb. Indicia n. 30. Quod extende, etiamsi Iudex ex mero officio procederet, Bald. c. 1. de off. ord. Ang. L. si vacantia C. de bonis vacant. lib. 10. Alex. cons. 65. Bossius Tit. de Inquis. n. 21. Simanc. de hæret. In annot. contra Zanchium cap. 4. & Reus esset malæ vitæ & conditionis Ang. & ibi August. de arim. Tract. malef. verb. Fama publica n. 38. sub fin. Quod nisi Iudex faciat, punitur, quia dolosè agere præsumitur Bart. L. 4. § hoc autem ff. d. dam. inf. Hippol. consil 56. n. fin. vol. 1. Quodq; item in caus.

hæresis procedit, Gloss. c. fin. verb. indicijs de hæret. in 6. & commune ait Paris. consil. 2. n. 164. lic. 4. Clarus pract. § fin. q. 49. n. 3. & quæst. 64. n. 1. Et totus processus nisi indiciorum copia data sit, vitiatur. Bertach. in repert. verb. Indicium n. 30. per Bart. Ang. Imol. Dd. L. custodias ff. de publ. indicijs. Geil. d. loco. Adeò si Reus in tortura quid confitetur, nullius sit momenti, idq; omnes tenere ait Simanc. De hæret. Tit. 52. n. 8. & n. 35. per gloss. & dd. L. pen. ff. de quæst. Neq; inquisitor Spineus licet Monachus tam insulsus fuit, quin, antequam ad inquisitionem veniatur, præcedere velit accusationes, defensiones, testes & indicia sufficentia in Apol. contra Ponzinib. 2. Et licet sit, qui, indicia dari deberi petenti solùm, existimet. Facilè tamen cogitandum, metum improuisum periculi instantis, rectum iudicium & consilium tollere deliberandi: intensi enim doloris & timoris homo non est in plenitudine intellectus ait Hippol. consil. 81. n. 19. & L. 1. ff. de sicar. & metus est maiori hominibus supplicio, quàm si re ipsa malè afficiantur, Simanc. d. Tit. 52. num. 36. ex Xenophont. περὶ κύρου παιδ. lib. &ç. & maior vis ei, cuius animus est perterritus, quàm cui corpus vulneratur, adfertur, Cic. pro Cecin. L. nouissima, quod falsi. tut. au.

VI. Si tempus & commoditas se defendendi,

dendi, purgandi, & excipiendi daretur, contra dicta & personas testium aut sociarum, L. si non defendantur ff. de pœnis Bartol. L. vnius § cogniturum ff. de quæstio. L. 2. C. quorum appellat. non recip. Bald. L. ante sententiam, C. quomodo & quando appellat. Alex. consil. 476. pulchrè. Catald. de Syndic. quæst. 234. num. 148. Hippol. consil. 117. num. 8. Bossius Tit. de Inquisit. num. 70. Iserna Tit. quæ sunt regalia verba Maiestas Amed. c. qualiter de accusat. Ambert. de Atramo. Tract. de quæst. num. 12. Carer. de hæret. num. 82. Specul. Tit. de Inquisit. § impugnatur, num. 16. Ferrar. in prax. in forma Inquisit. num. 19. Nouellus Tract. ad defensam cap. An indicia pro Reo danda, &ç. n. 17. Sprenger. in Malleo Part. 3. quæst. 8. Et ipse iudex debet ex officio absq; dicto vel facto alicuius quærere defensiones Rei, secundum Dd. L. 1. § fin. ff. de quæst. Idq; faciet: quia verbum debet importat necessitatem, ait Hippol. consil. 51. vol. 1. per Tex. d. l. si non defendantur, & per gloss. in clem. attendentes. Verbum debebat de statu monach. Ord. carol. Art. 47. § Wan in dem. *Et ni Iudex Reo etiam non petenti defensionũ copiam offerat, & concedat, punitur L. desortorem § si ad diem ff. de re mili. fa. L. 1. §*

 si quis

ſi quis vltrò ff. de quæſt. L. lege Iulia. ff. ad leg. Iul. de vi publ. c. cum inter § Inquiſitioni de except. Alex. conſ. 65. n. 1. vol. 1. Quia naturale eſt & omni iure atq; conſuetudine permiſſa, Cæpol. conſ. 42. n. 2. per L. vt vim ff. de Iuſt. & Iure. Nec valet conſuetudo in contrarium Ioan. de Anan. conſ. 5. 9. n. 1. Nec vllius arbitrij libertas Hippol. in Pract. § conſtante N. 26. Anchar conſ. 166. in princ.

VII. Si poſt vnam torturam nulla ſequeretur Dyn. Oldrad. Alber. Rein. & ç. L. repeti ff. Odof. L. fin. col. fin. q. fin. ibi Cy. col. fin. C. de quæſt. Bart. L. fin. n. 1. ff. d. t. & L. eos verſ. & ideò ff. de falſ. Bald. L. 2. n. 7. C. quorum appel. non recip. & in l. 1. C. de confeſſis in 19. Ang. L. ſi quis in graui § moriens ff. ad Syllan. & de malef. verb. Quod fama publica. verſ. Tertiò quæro: n. 95. 96. & ibi Arimin. Faber, Rub. C. de quæſt. in fin. & de quæſt. col. verſ. Quæro quid: Paris in Synd. charta 326. Iacob de bel. viſ. Pract. crim. lib. 3. cap. 14. ibi Ludo. verb. Aſſeſſores. Amed. de Synd. n. 112. Girl. de relaxat. carcerat. Tit. de relaxat. innocentis q. 2. Hippol. d. L. repeti n. 10. & in princ. § quoniam n. 2. Maran. praxi par. 6. de quæſt. in fin. Quod commune dicit Pertica pract. crim. lib. 3. cap. 12. per l. Boues § hoc ſermone ff. de verb. ſignif. Alex. conſ. 5. in caſu n. 5. lib. 1. Carer in

pract.

pract. crim. in princ. n. 189. aut fol. 95. n. 4. Crauetta conf. 287. n. 7. vt ait Alb. & Hippol. L. edictum n. 2. de quæst. ff. quod id communiter omnis mundus seruat Boër decis. 163. n. 12. Grammat. decis. 8. n. 9. & decis 96. n. 2. Didac. pract. quæst. 23. fol. 167. col. 1. Cæpolla cons. crim. 32. n. 16. vers. nec potest Tyndar. Tract. de testibus c. 3. in princ. Gand. Tract. malef. de quæst. Bodinus cap. 1. lib. 4. sub fin. argumento verbor. Sunt, quæ res in quæstione, &c. Nec tantum indicia, sed & veræ probationes per torturam eliduntur. Alex. L. vnius § & quoniam ff. de quæstio. Clarus § fin. q. 64. n. 38. per Gomer. Et ait Hippol. § nunc videndum n. 26. Quod si ex plenis probationibus Iudex nolit Reum conuictum, sed potius confessum damnare, eumq; torturæ subijciat: qui si eam sustineat, nec confiteatur, debilitatæ sunt contra eum probationes, & creditur id verum, quod Reus dixerit, quod Albericum egregiè & singulariter in Rub. C. de quæst. n. 9. & L. indicium n. 2. d. t. dixisse ait Hippol. d. loco & Cæpol. cons. 32. Adeò quod si in prima tortura pernegauerit, eo ipso liberandus sit, Simanc. de hæret. tit. 52. n. 41. per Plin. lib. 8. epist. ad Aristonem, nec amplius vexandus aut interrogandus Alex. cons. 11. n. 12. vol. 1. Cephal. consil. 164. n. 12. Mynsing. obseru. 12. cent. 5. Dambh. in praxi cap. 38. n. 11. &

cap. 40. Et dicit Cyn. & Odof. d. L. fin. n. fin. C. de quæst. Iudices neq; DEVM neq; legem timere, qui sine nouis indicijs torturam repetunt, quod ô iudex menti tene dicit. Ferrar. Pract. tit. de forma Inquisit. n. 21. in fin. Bonifac. de Vitall. Tit. quæ indicia deb. præced. n. 12. Tex. Ord. Carol. art. 61. Indicia porrò noua hæc à primis specie & substantia distare, & ijs fortiora esse debere peruagatum est, DD. d. L. repeti Ang. d. loco Dambh. d. cap. 38. & ç. Zilet. consil. 75. num. 30. 31. lib. 1. & ç. Ord. Carol. art. 61.

Hæc si fortassis ad aliquorum palatum non faciunt, nil mihi sed legum scriptoribus succenseant, legant ipsi & perpendant. Si quid prætexere habent, per me demum licebit, sed viderint, ne potentes potenter tormenta patiantur. Mortales sumus, & longa est, quæ finem nescit habere dies.

Et hæc sunt, quæ in præsentiarum de Diabolico, detestando, legibus & moribus legitimis improbato mulierum balneo, seu mauis lauatione, item, de impia hæresi potestatis anilis & Sathanicæ dicere habui.

Supremus ille Iudiciorum præses DEVS, qui Magistratui gladium, ceu Pelëi hastam, ad bonorum securitatem, & malorum terrorem, ac puni-

punitionem commisit. Per FILII *sui Saluatoris nostri* IESV CHRISTI *faxit innocentiam, ne cuspide obuersa pro medicamine vulnus; pro vulnere remedium detur, sed excussis Diaboli præstigijs, Iustitiam non ex proprio, uti Palladen ex Iouis, fingant cerebro, sed vt per legitimos scripti Iuris tramites calumniantium iniquitates opprimantur, boniq; tutela & digno patrocinio perfruantur.*





Der

Der Marpurgischen Theologen bericht / an den Graffen zu N. wider die Wasserprobe der Hexen.

WOlgeborner Graffe Gnediger Herr / E. G. sind vnsere andechtiges Gebet vnd willige dienste vnterthenigklich bereidt zuuorn/etc. Gnediger Herr / E. G. schreiben haben wir vntenbenante empfangen / seines Inhalts verlesen / Vnd das viel derselben Vnterthanen der Zeuberey bezüchtiget werden wollen / darab vernommen/Trag mit E. G. vnd dero löblichen Graffe vnd Herrschafften ein Christlich mitleiden. Wünschen vnd bitten von hertzen / das GOTT den betrug vnd gewalt des bösen Feindes gnediglich stewren vnd wehren wölle.

Kon-

Konten daneben auff die vorgebrachte Heuptfrage/ E. G. zum bericht/ vntertheniglich nicht verhalten/ das wir in vnser einfalt/ das angedeutete Experimentum/ die verdechtige Personen auffs Wasser zuwerffen / vnd dahero von jhrer schult oder vnschult zu vrtheilen nicht approbiren / oder vor Christlich halten. Vnd demnach auch E. G. als deroselben örter hohen Obrigkeit / dazu nicht rathen können / Dann so sichs gleich mit demselben experimento also erhielte / vnd der euentus erfolgete / das nemlich die schüldigen im Wasser vntergehen/ die vnschüldigen aber empor bleiben/ oder hinwiderumb die vnschüldigen zu boden fahren/ die schüldigen aber vber sich schweben bleiben. So ist es doch gewiß / das diese dinge keine vrsache in der natur haben können / Sintemalen es derselben lauff vnd ordnung stracks zu wider / das ein menschlich Leib beuorab/ wenn derselbe gebunden / sich weder regen noch bewegen kan/ auff dem Wasser nicht vntergehen solle.

Dem-

Demnach / wann solches geschicht / muß es nothwendiglichen von einem andern principio herrüren / entweder von GOTT / Als in den Euangelischen wunderwercken / Da CHristus / wie auch sein Jünger Petrus auff dem Wasser wandelen / vnd nicht zu bodem gehen / Matth. 14. Oder aber von dem Sathan / welchem / da es jhme von GOtt verhenget / nicht schwer ist einen Menschen / er sey gleich der bezüchtigte Zeuberey schüldig oder vnschüldig / im Wasser empor zu halten.

Nun können wir aber diß experimentum nicht GOtt zuschreiben / in ansehung / das nirgend in der heiligen Schrifft einig gebot / verheissung / weissagung / zeugnüß oder Exempel zu finden / das bey erkündigung der Zeuberey GOtt extraordinariè ein solch Göttlich wunderwerck thun wölle / oder jemals gethan habe / oder ein solches zuuersuchen / befohlen habe / Inmassen auch die frommen Heiligen / wenn sie in Lebens

gefahr

gefahr vnschüldig gekommen / sich niemals auff dergleichen experimenta beruffen / jhr vnschult damit zu beweisen / neben deme / das sonderlich in diesen letzten zeiten / die gab der Wunderzeichen auffgehöret / Vnd da jemand durch solch experimentum sein innocentiam erweisen / wolte er viel mehr GOtt damit versuchen vnd erzörnen / vnd aus Glauben es nimmermehr vernehmen könte / Sintemal der Glaube nicht bestehen kan / da er nicht grund hat. In GOttes Wort wir aber bey diesem Wercke einigen grunde oder zeugnüß der Schrifft nicht sehen oder befinden.

Dieweil dann diß experimentum seinen vrsprung / weder von GOtt noch aus der natur vnd natürlichen vrsachen hat / so wil folgen / das es vngezweiffelt vom Sathan herrüre / welcher / permittente DEO / die Leute (sie sein gleich der verdampten Zeuberey schüldig oder nicht) in was er seines gefallens entweder

Demnach / wann solches geschicht / muß es nothwendiglichen von einem andern principio herrüren / entweder von GOTT / Als in den Euangelischen wunderwercken / Da CHristus / wie auch sein Jünger Petrus auff dem Wasser wandelen / vnd nicht zu bodem gehen / Matth. 14. Oder aber von dem Sathan / welchem / da es jhme von GOtt verhenget / nicht schwer ist einen Menschen / er sey gleich der bezüchtigte Zeuberey schüldig oder vnschüldig / im Wasser empor zu halten.

Nun können wir aber diß experimentum nicht GOtt zuschreiben / in ansehung / das nirgend in der heiligen Schrifft einig gebot / verheissung / weissagung / zeugnüß oder Exempel zu finden / das bey erkündigung der Zeuberey GOtt extraordinariè ein solch Göttlich wunderwerck thun wölle / oder jemals gethan habe / oder ein solches zuuersuchen / befohlen habe / Inmassen auch die frommen Heiligen / wenn sie in Lebens

gefahr

gefahr vnschüldig gekommen / sich niemals auff dergleichen experimenta beruffen / ihr vnschult damit zu beweisen / neben deme / das sonderlich in diesen letzten zeiten / die gab der Wunderzeichen auffgehöret / Vnd da jemand durch solch experimentum sein innocentiam erweisen / wolte er viel mehr GOtt damit versuchen vnd erzörnen / vnd aus Glauben es nimmermehr vernehmen könte / Sintemal der Glaube nicht bestehen kan / da er nicht grund hat. In GOttes Wort wir aber bey diesem Wercke einigen grunde oder zeugnüß der Schrifft nicht sehen oder befinden.

Dieweil dann diß experimentum seinen vrsprung / weder von GOtt noch aus der natur vnd natürlichen vrsachen hat / so wil folgen / das es vngezweiffelt vom Sathan herrüre / welcher / permittente DEO / die Leute (sie sein gleich der verdampten Zeuberey schüldig oder nicht) in was er seines gefallens entweder

der kan empor heben oder sincken lassen.

Dannoch vnsers vnterthenigen erachtens / keine Christliche Obrigkeit / bona conscientia/sich in ein solch verdechtig Werck einlassen mag/Als durch welches dem bösen Geist / beydes sein gewalt vnnd seinen muthwillen heimlich zuüben / Thür vnd Thore auffgesperret / das er diese vnd dergleichen suspicion in der Menschen hertzen bekrefftige / vnd doch nachmals mit dem empor heben oder sincken lassen / seines gefallens spiele / schüldigen Personen dauon helffe / vnschüldige aber zum höchsten grauire / vnnd sie in mehren verdacht schaden / vnd verterben Leibes vnd Lebens bringen möge/Dann einmal jhme/ als einem abgesagten Feinde Menschliches geschlechtes nimmermehr zu trawende ist.

Weiln dann nun/Gnediger Herr/ im jetzt gethanem bericht / die nichtigkeit

dieses

dieses experimenti gnugsam / als wir verhoffen / dar gethan / können E. G. nach deren hohen verstand selbst gnedig mermessen / das huiusmodi suspectum medium an die hand zunehmen / bedencklich. Dann obwol ein guter finis darunter gesucht vnd spectirt wird / damit man zur erkündigung der Warheit kommen müge. So ist doch jetzo angezeiget / wie gefehrlich vnnd mißlich / vnnd jetzt berürten finem zuerlangen / vndienstlich mittel es sey / vnd wie darauff / als auff eine bestendige regula nicht zubawen / Weil es von einem so verdechtigen vnnd lügenhafftigen autore her kommet. Vnd da es gleich mit allen Exemplen gewiß einschlahen solte / als wir nicht glauben können / jedoch / weil das mittel an sich selbst nicht richtig / so mag es auch einen guten finem daraus zubringen / nicht gebrauchet / Sondern nach der Regul S. Pauli / Non sunt facienda mala, vt eueniant bona, sol aller dinges vnterlassen werden.

Ist also schleißlich vnser vnterthe=niges bedencken / das man die in GOt=tes Wort vnd weltlichen Rechten / zu=gelassene mittel an die hand nehme / Vnd wie wir nicht rathen können / wo=fern Personen dieser verdamten Sün=de der Zeuberey gewißlich vberzeugt / das man sie vngestraffet lasse / Als hier=jegen / wann man nicht vnfeilbare Argumenta hat / halten wir das vorsichtiglich zufahren / Sintemal die schaden / so et=wa den Menschen oder Viehe zugefü=get werden / nicht allwegen den Men=schen zu zuschreiben / Dann der leidige Sathan auch selbst für sich / vnd ohn alles zuthuen der Zeuberen oder Zeube=rinnen / solche schaden zufügen kan / Wie er den gedüldigen frommen Manne Job an Kindern / Hauß / vnd Gütern / Viehe / vnd an seinem eigenen Leibe ge=waltiglich angegriffen / vnnd doch kein einige Zeuberinnen dazu gebrauchet hat.

Welches auff E. G. gnediges be=geren / wir in vnterthenigkeit zur ant=

wort

wort nicht können verhalten / Vnnd thuen hirmit E. G. in schutz des Allmechtigen / mit andechtigen vnd gleubigen gebete vnterthenig befehlen. Datum Marpurg den 2. Octob. Anno 1583.

E. G.

vnterthenige

Daniel Arcularius, Rector Acad. Marpurgensis, & S. Theologiæ ibidem Professor.

Helfricus Herdemius, Superintendens Ecclesiæ Marpurgēsis Pastor.

Egidius Hunnius Theologius, D. & Professor.

Ioannes Schmit Diaconus Ecclesiæ Marpurgensis.

CONDEMNATORIA SENTENTIA IN IVDICES A *Piis Orthodoxisque Imperatoribus Leone & Alexandro pronuntiata.*




XISTIMO equidem eorum neminem, qui iudiciario fungitur munere, eò vnquam stuporis aut inſcitiæ proruptu-rum, vt aliter quàm ex præſcripto Legum iudicium ſententiamùe ferre audeat. Quod ſi quis in tantam euaſerit dementiam, reus peractus, eas dependet pœnas, quæ legibus ſunt irrogatæ. Sin fortè nos effugerit, peruigilem tamen, atq; inſomnem oculum cui nihil non quantumlibet ocultum ſit, patere poteſt, effugere non poterit. Tametſi idipſum imprecationibus quoq;, dirisq; execrationibus ſtabilire ac firmare, non ab re alienum cenſuimus. Inueniat itaq; iſte & DEVM, & cœleſtes omnes atq; incorporeas poteſtates ſibi nunquam non aduerſantes. Immaturè ex hac vita excidat, potius quàm

exce-

excedat; Incommodis insuper afficiatur perpetuis, ipsius ædium fundamenta ignis tandem deuoret, Et posteritas eò redigatur inopiæ, vt panem ostiatim quæritet. Atq; hæc iure sanè optimo, propterea quod leges, quas liberrimas esse oportuit, seruas quodammodo, atq; captiuas effecit, fictorum, prauorumq; iudiciorum.



Οὐκ ἔστιν ἄπειν ζῶντα τοῦτ' οὐ πείσομαι.





LVBECÆ

In Officina Typographica
Asſweri Crögeri

M. D. XC.